



De nativitate Mediatoris ultima, nunc futura, et toti orbi terrarum in singulis ratione præditis manifestanda, Opus : in quo Totius naturæ obscuritas, origo & creatio, ita cum sua causa illustratur, exponiturq[ue], ut uel pueris sint manifesta, quæ in Theosofiæ & Filosofiæ arcanis hacternus fuere.

<https://hdl.handle.net/1874/423326>

9 5

De natiuitate Media-

TORIS VLTIMA, NVNC FVTVRA, ET
toti orbi terrarum in singulis ratione
præditis manifestan-
da, Opus:

I N Q V O

Totius naturæ obscuritas, origo & creatio,
ita cum sua causa illustratur, exponiturq; ut
uel pueris sint manifesta, quæ in Theosophiæ
& Philosophiæ arcanis hæctenus fvere,
Autore Spiritu Christi:

EXSCRIPTORE GVLIELMO PO-
stello, Apostolica professione
sacerdote.

De naturae Media

Tota virtus hinc patet et
non est in aliis rebus
quod patet manifeste
et quod

T R O

Tota natura operatur, et sic
in eam sua causa illustratur, exponitur
et patet in manifestis, et in
et in aliis rebus patet
Aureo Spiritu Christi

EXCIPITORS VALERIO
della, Apollinis profluent
sacros

AD CHARISSIMOS ET IN-

PRIMIS VENERANDOS PA-

tres ubiuis in Concilium uerè Oecumenicum pro Catholice ecclesie

amplificatione congregatos, & ad totius ecclesie sancte consortium,

GVLIELMI POSTELLI Epistola, pro satisfactione & sub-

misione appendicum Operis de Nature huma-
ne instauratione.



PIRITVS ille Vniuersi moderator,
qui dat & distribuit sua dona omni-
bus pro suæ solius uolütatis legibus,
quiq; aut iubet, aut non sinit statis lo-
cis & temporibus Dei uerbū, quod
omnium donorum instar est, prædi-

cari: me impotenter usque adeò urget, ut nulla illi ua-
leat opponi potentia, ne unquam ab assertione glo-
riæ Christi mihi manifestata cessem. Quum enim in
toto naturæ cursu nil sit cessationis, sed omnia assi-
duè sic agere contendant, ut continuum esse uita &
proprietas illis assiduè cœlitus inditur: multo minus
mihi licet esse cessatori, qui præter naturæ & gratiæ
dotes singulis ratione præditis animatibus inditas,
mihi & cæteris communes, urgear uel Spiritus agen-
tis, luminis uel superioris, ut dicunt, ut ista coram uo-
bis effundam. Licet uerò nullo modo profetiæ spi-
ritus sit humano iudicio obnoxius, tamè ex eo quod
omnia dogmata diuina sic duce ratione suadeo, ut
nil sit in sacris tam arduū, quin eius ueritatem clarius
quaouis demonstratione cernam, & ita exponam, ut
probabilius certius uel nil adferri aut opponi ualeat:
decreui ecclesie Dei per suos undeuīs gentium dele-
ctos & collectos iudicaturę proponere, ut unitus in
a z concilio

concilio multorum spiritus, hoc ipsum omnibus tenendum proponat, quod in uno infudit: aut uetet in Troade absolute bonam doctrinam predicari, quae tamen in Graecia tota est conducibilis. Causa autem huius praefationis & satisfactionis est, eo quod duo opuscula nostra hoc anno 1547. prodire sine dedicatione, quum neutrum superstiti Absconditorum a constitutione mundi Opere uellem ante eius publicationem edi. Typografus enim, aut ne mihi esset in mora, aut ut etiam mihi gratificaretur: aut, quod magis credo, mole maiuscula & quarundam figurarum inferendarum curatione occupatus, ea prius edidit, quae Opus absolutum ante omnia publicari postulabant. Et Clauis itaque absconditorum, & Modus concordiae uniuersi dissidij mundi, sunt edita ordine praepostero. Illorum enim appendicum, dedicatio Absconditorum omnia ecclesiae Dei submittens, nomine facit satis. Sed illud scriptum breue quod proximis diebus mihi ad delegatos Bononiae, nomine omnium est satisfactorum. Verum quum nullo modo possint ab omnibus perpendi, quae in uno tantum sunt exemplo, quumque interim traducatur gloria Christi ab illis, qui omnia nos ecclesiae censurae subijci non uelle & autumant, & non ingrato ferunt animo: uisum est isto renascentiae Christi anno, addere superioribus colophonem in editione huius operis De ultima Christi natiuitate inscripti, in quo est ea summa rerum, quam potissimum in rem Concilij, ad ueritatis circa Mediatoris naturam absconditae reuelationem inscripseram. Nam uerae & realis naturae Mediatoris, in cuius essentiae uere consideratione summa foelicitas est, ne umbram quidem, praeter duo extrema, specialis nouit

nouit ecclesia. Duo extrema uoco, diuinitatem & hu-
 manitatem. Quum itaque ille ipse qui uult nullo om-
 nino excepto omnes homines saluos fieri, potens &
 sapiens ut hoc faciat, nunc toti benedixerit generi
 humano, meq; impulerit ut per sacrosanctae Synaxe
 os mysterium in salutiferum baptisma omnes in unū
 cogere, consecrando ex intentione ipsius Christi,
 & eius ecclesiae, quicquid appositiuē in cibo & potu
 pro pane & uino nutrit genus humanum: opus est
 ut denuo innotescat sensim ipse Iesus toti mūdo, de-
 ducta ita eius essentiae origine ex naturalibus & om-
 nibus cōcessis principijs, ut nulla illis natio possit re-
 fragari. Ad quid uerò Deus uellet omnes saluos fie-
 ri homines, ad quid illuminaret per lumen participa-
 bile & uicissitudinariū omnem hominem uenien-
 tem in hunc mundum, ad quid omnibus hominibus
 actu uitam suam, motum suum, essentiam suam, Me-
 diator ueluti truncus ramis, aut uita & proprietates to-
 ti arbori cōmunicatā uellet? ad quid nos omnes iam
 ab Adamo primo sumus membra Christi, actu parti-
 cipantia de eius essentia, uocamur & sumus, ut reue-
 ra caro de carne eius, & os ex ossibus eius simus? Ad
 quid demum uniuersum mundum causa singulorū,
 sicuti omnium, condidit per eundem Mediatorem
 Deus, nisi ut omnibus & singulis ita prospiciat, ut in
 integrum restituat, & in refrigeriū adducat? Secun-
 do enim aduentu opus est, ut omnibus expectanti-
 bus se, in salutem, abolitamorte ueniat. Fecit enim iu-
 dicium iam a 1500. annis inceptum, a quo uidelicet
 scripsit dilectus discipulus, Nunc iudiciū est mūdi.
 Sensim enim omnia diuina facta sunt, & fient, donec
 in momento immutemur instar uoluntatis. Omnia

6

opus est restitui, Patres. Nec potest ullo modo Deus homini prius damnato quam nato, eternas infligere poenas. Nec enim impietate summa carere dominus posset, qui sine sua culpa malum seruū damneret. Hanc uerò scribo uobis ueritatem Patres, ut desinat anathematis perdere illos, pro quibus mortuus est Christus. Ipse enim in omnibus & singulis agit, lumine conscientiae docēs, ut sint in uera gloriatione sibiipsis lex. Aperite oculos Patres, fratres, filij: aperite oculos, & uidete, quo modo Christum Iesum mundi redemptorem in naturae humanae carnificinā conuertitis imprudentes. Nunquam enim sacra scriptura non accedentibus ad se, anathemate est imprecata. Etenim licet dixerit omnes esse initiandos, tamen eadem dixit: In omni gente qui facit bonum, hic est acceptus illi. Non ne uidetis intolerabiliorem facere uos conditionem Christianismi, quam Iudaismi? Si ante aduentum Christi nemo obligabatur ad Iudaismum, & tamen uirtute donorum spiritus in ecclesia positorem totus conscientia recta uiuens saluabatur extra synagogam mundus, quod in Iobno minime omnium patet: saluabatur uerò per uirtutem latentis Mediatoris apud eos, qui lege scripta illum manifestante carebant: non ne in eodem loco ponere debetis, qui ad hanc diem de eo non acceperunt: aut qui quod acceperunt, silentij nostri, & pastorum incuria perdiderunt: uti qui durante lege de eo non acceperant: & si acceperant, non obligabantur ulla lege scripta ad Iudaismum? At uerò mihi dicetis. Illis non imprecamur, qui nondum acceperunt, aut qui pridem eius ueritatem perdiderunt. Compescere illos uolumus, qui ab agnita, et ad hanc diem probata

in ec

in ecclesia ueritate resiliunt. Potestis sine anathema-
te mederi Patres, instar scripturę loquendo & defini-
endo. Quum enim ab assensu præconceptam fidem
concomitante dependeat, ut aliquis in Iudaismum,
Ismaelitismum, aut Christianismū iuret, nec ullo mo-
do possit assensum cohibere à semel probatis: quid
uobis uideatur, si ad excitandam fœcordiam ecclesię
procerū permisit Deus, ita mordicus sententijs neo-
tericorum & nationem fidelissimam antea, & fermę
totius orbis Christiani iuuentutem, literis imbutam
inherere, ut assensum ægrę inde remoueat? Grauius
aliquid addam Patres, quoniam nomine uniuersi lo-
quor uobiscum, nullius planę potentię aut gratiam
captans, aut potentiam ueritus (nam loquitur in me
Iesus) Qui fieri unquam poterit, ut Oecumenici Con-
cilij rationem possint in uniuerso habere uestra de-
creta, quum ex innumeris prouincijs & gentibus in
totó orbe agentibus, uix pauci ex Italia & Hispania
Galliaq; conueneritis: Oculatus mundus est: uerba
amplius sibi dari nō uult. Saltem à Moschouia, à Gre-
cia, Armenia, Georgia & Aethiopia delegatos accer-
suiffse opus erat, inq; illam rem sanguinis Christi ma-
lę collocatum precium impendisse. Dico uobis pa-
lām, quod clanculum quiuis mussitat. Certę per uoca-
bulum illud uos omnino derogatis sanctionibus ue-
stris. Et utinam ita nunquam fuisset uocatum Conci-
lium, quia inde fiet Dissilium. Hoc unum uobis dico
Patres, ut sine anathemate ueritatis leges exponatis.
Facilius hoc modo reconciliabitur mundum. Quam
diu uita & doctrina docebat ecclesia per suos pasto-
res, licuit imprecari resiliētibus: nūc aut̄ minimę, quū
uos factis improbetis quod dicitis, Agite Patres,
agite.

43

agite ergo, & fatagite, ut qui estis in Concilium co-
 cti, oneri uestrarum proprietatum sancte renuncie-
 tis, uita apostolica pro uestro simplici ex baptismo,
 aut duplici ex sacro ordine, aut triplici ex uoto mo-
 nastico sacramento uiuite, & in nullius gratiam lo-
 quimini. Si uobis placent animarum cura in episco-
 pe, aut in cura, longe sincerius sine prouentu docebi-
 tis, quum a Concilio recesseritis, quam ante: & inte-
 rim, in ipso Concilio spiritum sanctum pure sequemi-
 ni. Que hodie tam pudenda in summo ordine uiden-
 tur, ut desiderent in omni anteaetate uitae impietate
 exempla, illa primùm tollere fatagite. Sic tolletur
 omnino heresis. Alioquin & uos ipsos et orbem totum
 ludificabitis: & quanto plura statuetis, tanto paucio-
 ra recipientur. Sit quantauis doctrinae instaurata sin-
 ceritas, iure merito ubi in uerum, & non titularium
 tantum Oecumenicum concilium orbis humani ge-
 neris coaluerit, in dubium uestra decreta ueluti præoc-
 cupata & male fida reuocabit, ut non unus aut alter
 tantum populus, sed uniuersi quorum interest, &
 proponere liberè, & sustentare proposita, decreta
 recipere ualeant. Hoc quod uobis nomine uniuersi
 propositum cupio, nomine communi à naturæ scruta-
 torum placitis omnino discussis, nec auctoritate re-
 ceptis pendet: quare illos uult iudices, qui simplici-
 ter ueritati sine auctoritate student. Quum autem
 habeat Aethiopicam ecclesiam in fidei articulis con-
 sonam, sine illis terminari nequit. Non potest eadem
 ueritas in perpetuo consensu articulorum fidei, aut
 sententiæ, cui perinde omnes Iudæi omnibus ætati-
 bus iam ab ipso Mose per sacras interpretationes
 consentiant, reponi, quin sit perinde uera, ut si in
 nostra

9
nostræ ætatis ecclesiæ decretis omnibus probatis ha-
beretur. Nam idem Spiritus sanctus est utriusq; tem-
poris ecclesiæ rector, ut non nisi ad terræ Syriæ san-
ctæ incolatum repulerit Deus populum suum, do-
nec post ingressum nostrum totus Israel saluus fiat,
per ueritates sinceras à suis maioribus tempore suæ
durationis acceptas. Extant enim in Thargum, Zo-
har, Midrassim, Rabboth, & plerisque alijs interpreti-
bus. Non est putandum, ut tam parua sit Dei prou-
dentia erga genus humanum, ut populi benedictio-
ne Ismaelis in Muhamede donati, careant etiam suis
ueritatibus, quibus illos dator luminis donauit in il-
lis tenebris Deus, ut quum manifestus mundo appa-
ruerit Iesus, tandem illis ducibus ad uerum omnibus
notum ueniant, & sic Oecumenicum re & nomine
concilium fiat. Ne putetis Patres, peccata mundi im-
pedire eam communionem, quam toti mundo me-
iussit consecrare Iesus, quia in pœnam æternam pec-
catorum nostrorum non recordatur amplius. Venit
enim tempus, quum non dicent amplius filij, Patres
nostri comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum
obstupescunt. Sic enim tolletur sensim uis peccati o-
riginis sine cognitione, aut consensu sumentium, si-
cut in pueris sine suo assensu baptisatis & cõmunica-
tis. Satis enim est quòd totus mundus fide implicita,
Iesum, id est salutem, quouis modo à Deo homini
propositam quærit, & quouis conscientiæ testimo-
nio, duce lumine uitæ uerbi, consequi satagit. Nec e-
nim opus est aspectu principis, aut legum cognitio-
ne cuius agricolæ, ad hoc ut sit optimum regni mem-
brum, sed honorum omnium consensus illi pro uis-
sione principis est. Ecclesia singulis ætatibus per uir-
tutem

tutem sacramentorum concurrente suo sponso omnes illuminanti, dat uitam implicite totius comunis ecclesie membris, per opera bona facta in Christo sibi conformibus, uitam inquam gratie sibi concessa: sicut patris & matris dant infantibus & mutis, eiusdem quam in ecclesia habent fidei communionem. Sic fit unum ouile et unus pastor interim, quoad manifestetur Iesus in nobis: sic sensim opus in genere humano redire fidem & contemplationem una implicite aut explicite positas, ut sit in omnium cordibus ita scripta lex diuina, ut congruenter nature uiuere sit secundum gratiam & primam Dei intentionem uiuere. Nam quamdiu per religionis prescriptum aliquid obseruatur, quod a naturali abhorreat iudicio, nondum uenit illa lex finalis, quam Deus ordinauerat a principio, qua in corde scripta non eget aliquis ut doceatur a proximo de Dei cognitione. Licet enim interpretes nostri hoc attribuunt euangelice legi, tamen quamuis maxime sit uerum, ut tamen ad hanc diem est intellectum & enucleatum Euangelium, uerum non est. Nam perinde iam ut in philosophia prescripta sine ulla refragatione omnes concurrunt homines iudicio naturali praditi, sic sponte in Euangelij uerba irassent, Euangelium quidem eternum est, nec unquam mutabitur, aut unus iota aut apex excidet ab eo. Est enim illius prescriptum in Genesi ad finem usque Apocalypseos. Restat igitur ut uero altissimo & finali sensu ita declaretur, ut plane nature per omnia consentiat: & sic uerificabitur precepta ueritas, quae euangelium asserit esse naturaliter scriptum in cordibus. Ad hoc itaque ut usu sacramenti sub quouis cibo & potu inscienter sumpti, & corpori

pori humano appositū præparet totus homo ubiuis
 terrarū dispersus, baptizatur flaminis baptismo an-
 tea soli Christo & angelis cognito, ut quū instar pue-
 ri adoleuerit in conscientiæ reformatione, fiat capax
 ipsius Christi per naturā & gratiā ex æquo omnibus
 uniti, & pro capacitatis modulo in singulis manife-
 stati. Quū autē sacrosanctæ Synaxeos mysteriū inter
 cætera Patres chariss. uidebitis natura duce ita ad ca-
 pacitatē nostrā accōmodari, ut non tantū rationē hu-
 manā non effugiat, sed ita adæquata ueritate captet
 ut nulli planē intellectui necessariū non uideat my-
 steriū, eq̃ naturā penentralib. desumptū: tunc reuera
 poteritis iudicare, in ceteris sacrorū librorū mysterijs
 naturalia subesse mysteria. Nam si quod magis inest,
 et id quod minus. Directoriā itaq; solū, & non ampli-
 us coercitiuam esse legē opus est, & in unum reduci
 præscriptū naturalia & diuina, postquā abolita sen-
 sim fuerit iniquitas terræ. Pereant enim ita impij, ut
 non sint, opus est, antequam benedicat anima solida
 Dominum. Ideo permissio adhuc magistratib. corre-
 ctorio iudicio, Christus satis habet tēporaria cruce fi-
 lios Dauidis corrigere, inq; uirga uisitare iniquitates
 eorum. Hoc facite Patres, ut nemo perfunctoriē hæc
 scripta legat, quia nostra nō sunt, sed Christi sensibili-
 ter in nobis suū euangeliū exponētis. Meum officiū
 est, uobis & uniuerso mūdo proponere, ut posterita-
 ti, quū uisum fuerit, tradatur. Perpendite, statuite: ua-
 lete in Christo membra ipsius san-
 ctissima.

Inutile seruorum Dei mancipium
 Elías Pando chæus.

DE VERO COGNOSCENDI MODO, QVO
certissime ad summi cognoscibilis considera-
tionem ueniatur.



VOS ueritatis inquirendæ modos esse homini propositos, quibus & sibi & cæteris, tam discendo quam docendo fidem ueritatis faciat, Syllogismon & Epagogen: hoc uerò inter naturalis & supernaturalis disciplinæ antistites non solum constat, sed assensu procliui quiuis ratione utens, etiamsi hæc uocabula ignoret, fatebitur. Ex multis enim rebus eiusdem generis, aut in uno quouis accidenti convenientibus, quiuis quantauis sit ruditate colligit summam convenientiæ singulorum, & inde uerum elicit: uerbi gratia, ex eo quod quis effrenes suos liberos licentia fieri deteriores, non solùm domi, sed in tota uicinia cernit, colligit, & illis esse commune delictum ob parentum indulgentiam, & frenum loco licentiæ ponendum, si quis ex illis bonos ciues efficere uelit. Similiter ubi iam intellectu capaciores facti sunt singuli, ab uersalibus colligunt particularia. Vt quum scimus effrenatam iuentutem esse cohibendam, statim colligit: Quisquis itaq; effrenis est, cohibendus est: uerbi gratia, talis. Magis propria est adultis ratiocinatio, adolescentiæ autem inductio. Sunt enim omnia à sensu ad intellectum traducenda. Atqui sensus non nisi particularia pro suo nouit obiecto. Vnde fit, ut in totius nostræ cognitionis cursu (quum sensus per se sint muti) discamus omnia à fide parentum, aut eorum quibuscū rudimenta uitæ inimus, uocabula nullo modo intellecta prius concipientes, quoad in mēte rerū
ueritas

ueritas sensim formeť. Vocabulũ enim panis licet latinis significet quod notum est, tamẽ in lingulis linguis mũdi hoc uocabuli potest quiduis aliud significare: unde res diuersissimas homonymas fieri cõtingit, pro usus linguæ ratiõẽ. Fũdamentũ itaq; & basis cognitionis primæ est mera ignorãtia, & fides sola, qua tandẽ assuesimus crebrõ sic aut sic nominata sensu repetẽdo, donec formeť in intellectu rei quẽdã exterior proprietates: unde tadẽ in epagogẽ seu inductiõnẽ animi sensa reducimus. Si uerõ quis repudiarit omnino uocabula, et credulitatẽ refugiet, nunquã in tota rerũ natura quicquã sciet aut cognoscet, nisi qua tenus experientia sensuũ priorũ probarit: aut instar simiẽ quæ sic aut sic tractari fieri ue cernet, imitabitur, astũq; sensim cõcipiet, quo in gradu esse in desertis locis bruta certũ est. Compertũ est enim nostra tẽpestate in Atlãtici maris insulis esse ea simplicitate cum aues multas, tũ maximẽ colũbas, quẽ nullo modo aspectũ hominis formidarẽt: ita ut manu aut amite cũ funiculo ad colũ posito, se capi permetterẽt, donec astũ similẽ nostris cũ fuga ex suorũ morte, aut potius ex nostræ iniquitatis cõuersatione cõceperunt. Nam & Frãciscus, & pleriq; alij sancti unã cum Noãcho, quotquot uoluere, manu cepere. Sic omnino opus est Patriarchã totius nature humane, licet opificium uniuerso maius esset, uti uniuersi imperator, ab hac ignorãtiẽ lege incepisse, ut planẽ in se nil se scire fateretur: inq; rerũ omnĩũ ignoratione uersari, antequã ea proferret, & inderet omnib. rebus uocabula, quẽ coelitus illi dictabant. Nam nec naturaliter loquimur, quod etiã nũ patet in Alalis ad iuga Africẽ agẽtib. qui solo sibilo aut signis loquunt. Similiter in media Lybiã. Sunt & alij Alali, quod sciatur, ad polũ

arcticū, sola permutatione et signis mercimonia exet
cētes. Quū itaq; sit prima cognoscēdi uia ignorātia
& mera credulitas, quūq; sit necesse illū generis hu-
mani parentē à credulitate cognitionis plena accer-
pisse & imposuisse nomina reb. ad significandū gene-
rationē uiuentiū, opus est, sicut est unus Deus, una so-
la natura, unus homo, ex quibus tota posteritas, ut in
una sola lingua sit recōdita prima rerū cognitio et ue-
ritas. Necesse est igitur, ut ceteræ omnes linguæ mū-
di sint ab humano arbitrio in ignōrantia insigni sen-
sim natae, ex quarū etymo nil certi haberi possit. Vna
uerò sit omniū parēs, et à Deo diuinitus data Adamo
(quod latius in Fysicharicōn primo libro patet) per
quā in summā & præcisam ueritatē, quatenus uiator
potest, deuenire licet. Sed quia unā et linguę mētisq;
integritas, & rerū ipsa nobis patēs qualitas cōcurrūt,
opus est ut per cōsiderationē istarū rerū sensibilibium
sensim in spiritaliū diuinarūq; cognitionē ascēda-
mus. Ad hoc enim est animus noster in hoc corporis
sensib. præditi ergastulo cōclusus, ut licet in potentia
faciat, fiat & capiat omnia, tamē ueluti mēdicus à sen-
sib. materialib. accipiat, unde tandē in æternā uerita-
tē perueniat, colligēdo particularia, diuidēdo uniuersa
alia. Quum enim nil seipsum creare possit, & multo
minus dare sibi esse diuturnū, aut durationē, opus est
ut essentia quædā & duratio æterna subsit in singu-
lis rebus, quā non uult Deus cōmuniter nisi per hæc
materialia innotescere, ita ut in ipsis reb. nil aut per-
parū cōsiderationis, secundum materiā uniuerso cō-
munē ponamus, sed statim ab his sensibilib. ad intel-
lectualia feramur, quæ nō possunt maximē non esse,
quod maximē dant singulis à se productis aut orna-
tis. In hoc uerò menti nostræ suo sacrosancto quater-
nione

nione gratia munito ornata, cōparauit Deus aptitu-
 dinē omnīū cognoscibiliū, in hoc res creatas manife-
 stari ad extra uoluit, in hoc lumen intellectus agētis
 omnibus cōmune proposuit, ut per unius solius lin-
 guae mediū, post credulitatē intelligeremus, & ad
 quid in hac uita singulae res generib. & speciebus po-
 tissimū, demum ad quid etiā in indiuiduis sint cō-
 paratae, ut omnīū sine inferiori cognito, tandem laus
 absoluta in authorē omnis boni Deū per eam linguā
 referatur, cuius miraculosē necessariō in primo ho-
 mine fuit Christus author. Haec uerō est prima ueri-
 tatis sciētia, qua tantū reuera scit homo, quantū ope-
 ratur: quā primā in mēte diuina fuisse tanquā rerum
 omnīū supremū finē, opus est. Vt autē paucis colliga-
 mus, quae in hoc capite & prima natiuitatis ultimae li-
 tera diximus, sic est cōsiderandū ad uerū cognoscēdi
 modū cōsequendū. Syllogismus ratiocinatio ue est à
 generali ad particulare, sed nascit ex uirtute epago-
 ges. Nam qui singularia in summā non cōposuit, aut
 collegit actu uel potētia, collecta cōsiderare perfectē
 nunq̄ poterit, ut perfectē diuidat. Ipsa porro epago-
 ge siue inductio nascit à particulariū sensibili appre-
 hēsiōe. Apprehēsiō porro ex ui rei per suū sensoriū
 sese homini cōsideraturo offerētis, medio uocabuli
 nascit. Uocabulū ipsum, notionē ipsam sensim à cre-
 dulitate in intellectu nascentē defert. Notio autē ex ip-
 sa procedit ignorantia: unde uerū sciēdi principiū est,
 docta illa ignorantia, sui principij conscia: quae hoc
 unum scit, quod nihil scit, quum maximē scit. Sed
 quum in his omnibus gradibus syllogismi, epago-
 ges, apprehensionis, uocabuli & ignorantiae, sit no-
 stri intellectus subuectio, incipiendo ab imo ad sum-
 mum: nil tamen est tam adhærens, atq; uocabulum,
 quod

quod statim post ignorantie aeternitate se offert, unde opus est, ut vera clavis scientiae, quatenus res omnes in perfectissimam cognitionem deduci habent, sit in ea lingua posita, quam primam solamque & instar omnium ex vi peccati natarum, imo supra omnes sufficientem Deus per Christum mundi arbitrum primo parenti dedit. Vnde quum vera cognitio & scientia sit in factis, ad hanc unam linguam in qua lex est scripta respiciens Iesus, dixit: Non transiturum a lege unum iuda, aut etiam apiculum, quin fiat.

Ex quibus, verbis precipit studium sacrarum uocabulorum in sancta lingua scriptorum, quoad ex scientia in factum deducantur. Sed interim quoad redeamus omnes in illam uiam ueritatis deperditam, satis erit a sensibiliu quouis modo cognitorum apprehensione, diuinae naturae capere effigiem. Ex singularium enim diligentissima per omnes partes consideratione, omnibus intellectibus in uno omnibus communi convenientibus, maxime familiari deprehendere utrumque licebit: quod tandem postquam sub una ueritate coaluerimus, manifestabit, in sacrarum literarum sanctiori uocabulo a prolatione seu lingua humana in angelicam transituro. Licet enim ordinatam hactenus ueritatis uiam amiserimus, atque per innumerum errorum anfractus uerum simus (quantum per locum ab auctoritate licuit) paulisper explicando consequuti: tamen seminarium diuinae ueritatis nostrae menti impactum facit, ut quicquid ueri est seu in principiis seu in conclusionibus, statim omnes agnoscamus. Verum quia locus ab auctoritate in naturae tractatione praecipue, multos aut a uerioribus expiscandis cohibuit, aut etiam non infrequenter in errorem totam traxit posteritatem, ut patet in consideratione actionis luminis, in qua cum historico naturae Plinio, tota Mathematicorum, & praecipue Opticon natio

natio est hallucinata, ut minus sit mirum in cæteris opinionibus plerunq; desiderari uerum, quum in ipsa oculis perspicua solis luce sit ille admissus error, ut sit traditum radios extremos corporis solaris agere parallelè; aut ignoratum, quod corpus luminosum suos diffundat radios à centro in circumferentiã. Hoc uerò in hoc ueri perquirendi capitulo notatum uolui, ut inter cõsiderandum res ipsas tam corporeas quàm spirituales & medias, nemo miret, si à totius antiquitatis placitis recedere absolute ueritatis uia uidebitur. Imaginem enim pro ipsa ueritate plerunq; recipere ab autoritate sumus soliti, non secus fide à maioribus sententiã & axiomata accipientes quàm uerba. Quum enim primo parenti Deus absolutam rerum quam in posteros diffunderet cognitionẽ intellectualem dedisset, formando in ea ætate qua iudiciĩ maturitas solet adesse, opus est per illius spiritum quem nobis Deus reddidit, seclusa omni humana autoritate uenemur ab ipsarũ rerum apparentiã uerum, & multo maxime in rebus spiritualibus; de quibus si multa absurda aut inordinata dederit ad hãc diem filosofus, nil mirum, quum ad hanc diem in schola Spiritus sancti nil certi de animæ origine sit traditum, licet de eius partibus ab autoritate multum sit disceptatũ. Reuera uterq; sui solis naturam, id est, filosofus & theologus, luminis & animæ naturam, unde lux uniuersi manat, & agendo & patiando multum ignorare uisi sunt: ut minus sit mirum, in cæterorum sublimiorum natura hallucinatos esse. Non pono ullo modo in hallucinatione Theologi, ea quę sola recepit fide, ut quę sunt in sacrorum & articulorum fidei contextu: sed illa, in quibus interpositum suum iudiciũ in interpre-

tando uoluit pro autoritate, quæ ad omnes ligandos ex æquo pertineret, poni, quod etsi nullus uerè pius fecit, tamè posteritas in antiquitatis uerba iurans sepissimè fecit, ut pro decreto irrefragabili humana & simplex opinio poneretur, sensim in cōmunem errorem cōcurrentibus posteris. Sola tamè ueri scaturigo, quæ in sola cōsistit autoritate, in cōsensu uniuersali priorū in unā eandemq; sacrorū uerborū & factorum, seu sacre scripture et traditionū approbationē tendentium est posita. Et quia ad hanc diem nulla fuit generalis humani generis per suos delectos coalescentis cōgregatio, aut conciliū, ideo Spiritus sancti gratia, qua delictui mundū in necessarijs est impossibile, iam à poenitente Adamo suppleuit, ita ut sint indubitata fide illæ ueritates, quæ nullo pio refragante omnib. pijs uno cōsensu acceptantib. sunt sola autoritate tam tempore legis Mosaicæ, quàm Christianæ, creditæ, aut intellectæ, & pro fidei articulis aut eorū instar receptæ. Vellitandi itaq; nullo modo sunt articuli fidei Iudæorū, quod ad litteram attinet, sed in eum sensum per æternæ ueritatis principia sunt interpretādi, ut summa & omnibus probabilis ratio uideatur delituisse in ea autoritate, cui nullo modo licet refragari. Sicut em̄ diuina pro uidentia sub uocabulorū cortice & credulitate in prima et sola uera lingua abdedit perfectissimas rationes ex ratione etymī deducibiles, ita ut in maximis illis simplicium notionum tenebris sit maxima cognitionis lux: sic etiam multo magis necesse est, ut in sacrosanctis axiomatibus quæ in corpore sacrorū sunt, sed præcipuè in fidei articulis subsit talis ratio, quæ omnibus ratione præditis faciat satis, licet ad hanc diem sit desiderata magis q̄ cognita. Expectanda enim erat

absoluto iudicio senectus humani generis, quæ ad nos usque per pueritiam legis nature, iuuentutem legis scriptæ, & uirilem ætatem legis gratiæ peruenit: ut quæ pueri & iuuenes ferme credidimus tantum sine intellectu, uiri autem partim credidimus, partim intelleximus, tandem senes facti omnino ad rationis humani limites, sepulta omnino autoritate, perinde atque non esset redueamus. Sic certissimo modo per synceras notiones arte epagoges et syllogismi in uiam solius rationis deductas, et ab autoritatis ergastulis deductas, tandem eò unde decidimus in Adamo, repedabimus, cum incredibili lumine, per uim spiritus aque & sanguinis ex corpore agni acquisito, ut reuera in intellectu, quæ præstantissima nostri pars est, uideatur. Non sicut delictum, ita & donum. Ad hanc diem enim est in maxima iactura à satana procurata Christus, quum omnibus modis, nedum in intellectu peregrinante, debeat à peccato lucrum facere.

DE TRANSCENDENTIUM NOTIONVM ET

uocabulorum generali consideratione.

QUæ rerum sensibiliu ductu et palpabili consideratione, ut ita dicam, uideamus quinque elementa esse omnia in omnibus, id est, terram, aquam, aerem, ignem et celum ad singulorum indiuiduorum compositionem concurrere, opus est ut multo magis ea causa quam his sibi alioqui mutuo repugnantibus præscribit, sit omnia in omnibus, et omnia multo excellentius transcendat, quam isthæc inferiora. Quum autem in istis seculæris ita sit abscondita substantia aut subsistentia indiuiduorum omnium, ut nullo modo à sensibus exterioribus, & corporeis se apprehendi patiantur, sed uelaminibus, accidentium se representent, dans colores oculis, odores naribus, sonos auribus, humores et sapes oribus, palpabiles qualitates tactui: multo maxima subtilitate sit illa uirtus oportet, à cuius impio cetera ista seculæ

lenta in sui substantia omnino sensui incomprehensibilia pendent. Sunt itaque ad sensibilem istorum generalem notionem habendam communes termini, transcendentes ita quicquid sensibus per sua accidentia pateat, ut de omnibus & singulis dici possint & debeant. Hec uero sunt materia, forma, compositum, aptitudo, siue proprietas. Licet enim nullum istorum absolute sit res proposita, tamen tota in sua materia, tota in sua forma, tota in suo composito, & tota sit in sua proprietate oportet. Coelum uero non sola constare forma, quam sensui pateat, certum est: unde transcendent etiam coelum hi termini, ut in elementis uidebitur. Sunt igitur quatuor hi termini transcendentes rerum materialium, licet ut diximus, materia ut substantia sit omnino insensibilis. Quum autem sit necesse haec ab insensibilibus depedere, ex eo quod sine intelligentis coelum uniuersum sine causa una prima non agit, opus est etiam, ut transcendentia naturae spirituali siue formali & materiali simul uocabula notiones ue aptas habeamus. In uniuerso uero inferiori uidemus esse res singulas, & non solum esse, sed ita uniri in se, ut ab omni alio differat eorum unitas. Nec satis est ut sint singula quouis modo facta, essentia & unitas, sed uere & substantifice sint opus est, ita ut per illarum essentiam aut unitatem seu ad esse, seu ad fuisse pateat earum ueritas. Quum autem a sapientissimo Deo nil sit factum quin sit boni causa, & in se bonitatem habeat, sit quantum transcendens bonitas opus est. Quare essentia, unitas, ueritas, bonitas, sunt termini transcendentes Deo & naturae communes: sicut materia, forma, compositum, proprietas, sunt naturae solius, & elementorum tam inferiorum quam coelestium communitas
inse-

inseparabilis. Considerando itaq; diligens in inferioribus horum inferiorum est habenda, ut inde in superiorum cōsiderationem & ueritatem aeternam deueniatur. Quid sit forma & materia, plus satis est disceptatum & agitatum, unde magis nobis est considerandum, quid necessariò sit ponendum ad hoc ut sit in diuersis indiuiduis forma, & uera indiuisibilisq; materia, id est substantia: quàm ut in descriptione superflua immoremur. Quum positione theologo perinde atq; filosofo communi cōstet, esse omnino Deum immobilem, nec ulla noua uoluntate unquam ab aeterna sua deliberatione & prauidentia dimoueri (est enim & positione immobilis, quia infinitus, & mente, seu uoluntate, quia infinita & omnia comprehendente sapientia) certissimū est, nullo particulari motu seu mentali, seu locali posse moueri. Quum uerò sint naturæ contrariæ, & semper extra compositum suū instar leuium & grauium repugnantis, forma & materia, impossibile est in singulis indiuiduis unquā posse coarctari unā, nisi aliqua uel superiori cogēte, & in esse cōseruante, particulariq; motu & prouidentia opus est omnino iungi & seruari. Nam nunquā suo cōtrario natura sponte iungeretur in composito actuali, quamuis mutuò in uiuentibus & propagine seruatīs sese appetant, nisi summa quaedam & incredibilis uirtus actualis particulari uoluntate ferretur ad particulare indiuiduum componendum & cōseruandum. Hęc uirtus ob suam nobilitatem sub Deo sit oportet: Deus enim ad particularium creationem non nisi aeterna deliberatione moueri potest. Res ipsæ non existentes, et ad sui esse principiū repugnantēs, non possunt moueri antequā sint. Quare necesse est, ut inter

Deum & naturã sit mediator Dei spiritus instar formæ & substantiæ, siue materiæ uniuersi, in quo Spiritu sit reposita æterna illa uoluntas immobilis Dei, & particularis indiuiduorum omnium creatio, cõseruatioq;: quicq; sit instar Redemptoris in humanæ architecturæ negotijs. Nec uerò satis est, esse substantias separatas, quæ præscribant cœlo ut moueatur & infundat, & in ipsâ materiali parte mundi subministrēt materiã formis: sed opus est, ut omnia sint in unitate subiecti, antequam sint in multiplicitate. Super angelos itaq; sit mediator oportet tanquam forma formarū, et materia substantiã ue substantiarū, qui unã sit immobilis & mobilis instar angelorum. Et ideo est magni concilij angelus, uniuersi moderator & saluator, unitus ita diuinitati, ut non nisi per illum agat Deus. Quum enim sit Deus absolutè immobilis, materialis autem pars mundi absolutè mobilis, opus est necessariò, ut inter duo hæc extrema, quorum neutrum mouetur, detur medium mobile immobile, seu mobile applicatiuum, qualis est nobis mens, quæ per uoluntatem mediã inter se & corpus, mouet corpus: qualis est angelus, qui applicatione sui mouet immobilis, tantum enim mouet, ubi residet, & suam applicat uirtutem. Hinc fit ut anima nostra non possit extra suam residētiam mouere. Hic est primus motus à filosofo incognitus, à theologo magis receptus quàm consideratus, qui fertur ab extremo in extremum sine medio, cuius uirtus pendet à ui intensissima æternæ uoluntatis, uniuersis uoluntatibus æquiualentis. Quum autem constet, huiusmodi spiritus & intelligentias esse multiplices, & à sapientissimo Deo ordinatè dispositas, licet singulæ singulis indiuiduis

duis abundè præessent, ut creationi & conseruationi rerum prospicerent, in unum tamen archigubernium referantur opus est, qui immobilitate cum Deo sit æqualis & infinitus, et particularibus uolitionibus saltem assentiatur singulis momentis & rebus de nouo ingruentibus. Hoc est Dei uerbum finitum & infinitum, sicut & singulorum indiuiduorum tale est. Hæc est sapientia Dei creata & increata, sine qua factum est nihil. Hoc suppositum creator, & creatura est, formæ que formarum, & substantia substantiarum, à quo, per quem, & in quo facta sunt omnia finaliter ad eum tanquam in suum principium tendentiæ: una cum essentiâ & creatione à Deo solo uis æternæ uoluntatis fieri solita concurrir, & patris imperijs æternis obsequēs unâ cum essentiâ aut animatione indiuiduat omnia, dans naturæ unitatem distinctam ab omni alio, & proprietatem seu gratiam specialem: quæ tria non nisi à noua uoluntate & dispensatione possunt immitti rebus. Licet enim Deus est absoluta essentiâ, unitas, ueritas, bonitas, unitas in trinitate, & trinitas in unitate essentiæ, tamen in se solum est, & nullo modo ad extrâ communicatiuè. Ast hæc omnia esse opus est non solum immobiliter, & incommunicatiuè, sed dispensatiuè in tota rerum natura, ita ut sit singularum personarum spiritus in unum Iesum manans, & profundēs, imò per creationem specialem diuinitati unitus, & minister cogitationum Dei. Sunt ista præclara munera, quæ scælix illa regina Sabba uisitâs, gloriâ ueri Solomonis in imperio Christi Romæ adfert, nostri symboli expositioni addenda, ad cumulata diuini operis gloriam. Vbi enim nos coegit Arrhij perfidia
 in Sym-

in Symbolo secundo adiungere, Per quem Iesum Christum omnia facta sunt, ut exprimeremus consubstantialitatem cum patre, spiritus hoc utilitatis ex eo traxit, quod non tantum in diuinitate fuisse sciatur, sed ab initio & ante secula creatus sit, ita ut omnia actus sint per eum facta, & indiuiduata. Sic uero ex traditione Apostolorum, quorum canones integros pro canonicis scripturis semper habuit Regina Sabba in posteritate per ecclesiam Preciosi Ioannis nunc uiuens in suo symbolo, habet: ut in Lusitania exposuit Bugana Rass Zaga Zabo legatus regis Aethiopiae. Credimus (ait ecclesia reginae Sabba) in nomine sanctae Trinitatis, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, qui unus est Dominus: tria quidem nomina, una diuinitas: tres facies, una similitudo: aequalis trium personarum coniunctio, aequalis inquam in diuinitate, unum regnum, unus thronus, unus iudex, una charitas, unum uerbum, & unus spiritus. (hoc in loco uenit maxime considerata proprietas attributorum istorum, quia in transcendentibus generalibus essentia competit unitati diuinae, unitas autem ad misericordiam patris omnia stringentem in suae essentiae bonum: sicuti ueritas conuenit uerbo, & bonitas Spiritui sancto) uerbum autem patris, & uerbum filii, & uerbum spiritus sancti, & filius est idem uerbum (hoc de creato uerbo intelligitur, in quo tota scriptura data est, ut in Thargum tam Ionatae quam Anhelu uidere licet, ubi semper locutio Dei exprimitur per uerbum creatum, ueluti quum dicit scriptura, Et locutus est Deus ad Moysen, dicens: Thargum uertit, Et locutus est Dominus ad Moysen in uerbo suo, seu per uerbum suum: quod omnes uetusti interpretes, & maxime unus Rabbi Moses

Moses Ben Maimon in Opere perplexorum (qui ex recentioribus est mihi instar omnium) notat illa omnia dici de uerbo Dei creato: licet nec illi, nec multi nostrorum quid sit rei considerarint. Ipsum enim est uerbum patris, filij, & spiritus sancti: siue ut clarius dicere liceat, rebus accommodata diuinitas, non unus tantum, aut alterius personae, sed omnium. Sic est spiritus patris, spiritus filij, spiritus spiritus sancti. Demum ex concurrentibus proprietatibus spiritus sui. Habet enim aliam considerationem spiritus ille patris, & filij, & spiritus sancti, quum in unum ueluti quantum, ut fiat mobilis & participabilis creaturae Deus, peruenit, quam quum secundum singulas personas, a quibus emanat, consideratur. Sic eadem ratione filius patris, filius sui, et filius spiritus sancti dicitur: non qua ratione debeat solo uocabulo offendere Theologos, uocibus quam rebus saepe addictiores: sed, quia filius ille aedificat domum patris, filij, & spiritus sancti, ut capiamus a lingua sancta significationem, & non a spinosis istis graeca & latina, a quarum formalitate magis quam a rebus nata saepe sunt magna incendia, quibus ad hanc diem caret miraculose ob simplicitatem dicta ecclesia Presbyteri Iohannis, tota ferme Europa longior, nunquam tamen ulla haeresi molesta. Sed ita sequitur in Symbolo:) Et uerbum erat apud Deum, & apud spiritum sanctum, & apud semetipsum, (in his uerbis Apud, notatur unio creature cum creatore, quum aliquid apud aliud necessario sit differens, & minori dignitate communiter, quam illud apud quod est: unde & hic eadem emanatio spiritus & sapientiae creatae notatur:) Sine defectu ullo, aut diuisione filius patris: (hoc apponitur ob unionem

d creatu

creaturæ ad creatorē, sapientiæq; creatæ ad increatā)
 et filius ipsius patris sine principio (hoc additū est ad
 generationis æternæ specificationē, & ideo erat sic
 positū in maiori expressione in margine pro explica
 tione secundæ filiationis) sine defectu ullo aut diui
 sione filius patris, & filius sui, & principium sui: (ut
 illam sui filiationē intelligeremus esse aliud unitū di
 uinitati, ab ipsa emanans, per illud quod addit prin
 cipium sui. Sui enim est filius & principium Christus,
 in eo quod est sapientia creata, & spiritus patris, & fi
 lii, & spiritus sancti:) nempe primò sine matre filius
 patris. (Licet habeant Aethiopes maiorē expressio
 nem æternæ & duplicis ante omnem creationem na
 tivitatis, tamen sola fide et autoritate recipiunt sine
 reuelatione mysterij, donec opes illas insignes osten
 dat in suo splendore Solomon, & magna dona regi
 næ magnificæ rependat, quib. ipsa ornetur in æter
 num. Nam & catholica Aethiopiæ ecclesia varijs ta
 lentis auri aromatibusq; in maxima copia, & gem
 mis donabit Solomonem in uniuersi concordia, ita
 ut plurimas ueritates nobis in Aethiopia ipsa serua
 uerit ad hanc diem, habens libros Hanochi, Regum
 Iuda sæpius citatorum, reuelationū multarū, canonū
 Apostolorum, sacrarū Domini traditionū, quos reci
 piemus tanquā gemmas, aurū, & aromata copiosa.
 Sed rex Salomō dabit quecūq; uolet abiturę Mache
 dg, & generabit cū ea filiū Dauid. Nulla enim gēs un
 quā tam insigni concordia & fœlicitate cū Romana
 ecclesia fuit, quāta est isthęc futura, donec inclinētur
 umbra. Quod itaq; credit ista ecclesia, hoc ipsum est
 quod duce natura reperimus, ante omnē formę ma
 teriæq; distinctionē fuisse, per quod omnia creauit
 Deus.

Deus. Vocemus formā, materiā, filiū, uerbū, spiri-
tum, sapiētiā, mediatorē, Messiā, redemptorē, archi-
tectum mūdi, aut alio quouis nomine, nil refert: mo-
dò re ipsa conueniamus, quod non solum ab initio
& ante sæcula est, sed creatum est etiā, ita ut reue-
ra ante natiuitatem Iohannis baptistæ sit factum.

Vocant uetusti theologi Mosis donati spiritu, le-
gem primariā, antiquā, primò creatā, hortum
uoluptatis, gehennam: quia omne iudiciū Pater fi-
lio dedit, ut maximo ad eum accessu impoenitēs im-
pij maximè damnentur. Solium gloriæ, domum san-
ctuarij, conuersionem humanæ naturæ ad Deum,
& animam Messiæ, & Sechinam superiorem, quæ
omnia idem significant. Nempe quod penultimo
in loco est, si tamen intelligas pro anima, quæ, ut cō-
muniter capitur, ante corpus eius non fuit, spiritum
& mentem. Hæc enim quatuor cum corpore, licet
sint unum & idem, munijs tantum differens: sicut
compositum ex quatuor elementis, unum & nō plu-
ra est, tamen antequam coalescant, & ubi sunt separā-
ta, sunt diuersa instar elementorum nondum com-
positorum, aut à composito separatorum, donec om-
nia inseparabiliter denuò uniat, qui primò cōiunxit.
Sic transcēdit Iesus in tota creatura pro formæ & ma-
teriæ applicatione: inditēq; cōposito uirtutē, ut res a-
dultę sibi prospiciant compositū augēdo et seruādo,
utilitatēq; de se secundū aptitudinē aut proprietatē
profundant, ut in mente nostra tandem æternę sint.
Hic est sacrosanctus inferiorū quaternio, cuius uirtu-
te omnipotentī mobiliq; & indiuiduis accommoda-
ta, natura suis transcendentibus utitur, in cœlo & in
terra uaria quidē ministeria & officia ab angelis

fufcipiens: fed unionis fuæ uirtutem ab ea omnipotenti unione recipiens, & Deo Chriftoq; unâ obediens. Impoffibile omnino eft, fub Deo hanc affiduam uiciffitudinem rerum in forma, materia, composito & proprietate unitiue, ficut & particulariter politâ fuiffe, fine illa fuperioris agentis rebus accommodati duratione, in qua eft omnium particularium intellectus agens, nedum materia & forma prima, ut in posterioribus uidebitur. De alijs quatuor transcendentibus iam diximus, quod opus eft ut ab æterno in fe fint fine ullo ad creaturam refpectu abunde felices: fed opus omnino eft, ut ijdem per uiam fpiritus, aut emanationis mobilis, immobiliter fe fecommodet, quod in Mediatore factum efle ante fæcularia tempora, uidimus.

DE ELEMENTORVM ET INDIVI-

duorum confideratione generali.

QVum illæ transcendentium terminorum notiones fint mediū cognitionis generaliffimæ, opus eft ut ab ipfa materiæ natura primò cognita deducamus argumenta: ut ficut in nominibus, fic etiam in rebus præfentiam diuinitatis cum particulari motu & uoluntate affiduè innouata uideamus. Mundus enim affiduè confenficit & innouatur, quod à particulari cura permitti & inftaurari opus eft. Ex una primæ materiæ maffa fenfim hanc elementorū molem fuiffe deductam, in confeffo eft & theologo, & nature fcrutatori. Quare prima innouationis comprehenfio in cœlo & terra uifa eft, ubi eft extremus terminus hic in centro grauium, illic in superficie

ficie leuium. Prima moles sensim quoad sit facta suf-
 ficiens materiæ uniuersi, tanquam à centro sensim
 in circumferentiam ebulliens, instarq; pastæ fermen-
 tatae intumescens ex granulo de nihilo creato, uenit
 in hanc quæ cœlo arctatur quantitatem. Quum au-
 tem nil uiolenter producat natura, inq; instanti nil in
 materialibus fiat, opus est ista quæ necessario ideo
 inceperunt, aliquando esse, eo quod à se non sunt, aut
 esse possunt, sensim duce spiritu incubatore & foto-
 re in hanc assurrexisse molem. Nam per se non pos-
 sunt moueri. Adeò immobili nil particulare aut di-
 stinctum potest moueri: quare ad essentiam materiæ
 primæ in hanc magnitudinem attollendam, opus fu-
 it semper præfuisse quoddam Esse reuera actu mobi-
 le, quod & spiritus uniuersi esset, & trium persona-
 rum uim actualem materiæ ipsi applicaret. Ille spiri-
 tus fuit instar ignis, aquæ instar materia prima: unde
 factum est, ut singula indiuidua saltem uita prædita
 in calido & humido habeant & uitæ originem, et du-
 rationem. Quum in ipsa materia prima extrema fue-
 rint primò notanda, primò creauit Deus in eo rerū
 omnia distinguente principio cœlum, id est maxi-
 mē sublimia & defecata: & terram, id est maximē fe-
 culenta, suapteq; sponte subsidentia. Est enim instar
 uasis unius uniuersum hoc naturæ templum, cuius
 fundus est centrum, os autem cœli circumferentia.
 Grauiâ sponte in centrum iussu spiritus illius in uni-
 uerso sparsi, & omnia per magis & minus in ordines
 suos cogentis, feruntur: alioqui secundum sensum
 nostrum aptiora quæ sursum ferrentur, ut de Antipo-
 dibus iudicamus, & illi uicissim in toto uniuerso de
 suis oppositis iudicant, nec nisi ratione solis doctis

cognita acquiescunt rationi centri. Nam licet omnes naturaliter cognoscamus nos tendere deorsum, et in centrū non ægrè posse ferri: hoc uerò nisi per comparisonē nostri iudicare uerum non possumus, quod inferior centro grauitas eodem feratur: unde contingit etiam maxima humanarū & diuinarū disciplinarum lumina, non tantū negasse Antipodes, sed etiā impossibilē huiusmodi habitationē iudicasse. Videtur enim singuli suis oppositis in sublime ferri. Tam facilis sanè erat ratio, ut grauiā in omnem circūferentiā partem ferrentur, & leuibus locū in centro relinquere, quā presens est ordo. Sola enim uoluntas prima in causa est. Quod enim graue dicat deorsum tēdere filosofus, historiā recitat, nō rationē aut causam dicit. Ea enim una est, quia sic authori placuit. Terra sanè poterat perinde esse calida & sicca, sicut frigida est, quum maximā uim acquirat ignis ex maximè terrenis: sed aliter Imperatori uisum est. At quia in ipsa expolitione elementorū & coelorum uidetur ordo, ut sit fecibus affine sidus lunę: terra autē in suo centro grauissima, antequam montes in sublime particulari prouidentia attollerētur, contineret: opus est ut nō solū illa uiua uiuaxq; forma & substantia uniuersū preffert fermento & incremēto materiæ primæ incubando, sed ut statim ubi ebulitio cessauit innumerabilibus sæculis antetemporalib. exacta, ille idem spiritus ordinatē in centrū & circūferentiā omnia ferri fatageret: imò ut magis precisè uerum exprimam, secundum ordinē diuinæ dispositionis quodāmodo secundaria hac cura grauiā in sua loca et circulos deprimeret, ut inde moles elementorū, tam sigillatim quām relatiuè gradus uarios haberet. Materiæ augmentum

tum, & in sublimē ebullitio fuit, tanquam formæ om-
 nia subuehentis actio, omnia quodam modo ad for-
 mæ naturā trahere cupiēs: cuius effectus & intētio-
 nis finis fuit, saltē in quintū quoddā defecatū elemen-
 tum cœli materiā attollere. Secūda cura fuit, ut pars
 materiæ siue substātię in centrū retūderetur: suosq̄,
 ut dixi, faceret circulos, quatuor primo, qui inde in
 multos sunt subdivisi, quod in regionibus aeris pa-
 tet. Sic ubiuis particulariter agendo, Mediator præ-
 fuit actu materiæ primæ, longissimis momentis de-
 potentia in actum deducens, quæ Pater æternus
 non nisi uiolenter in esse turbulentum singulari sua
 uoluntate poterat. Nam in instanti materiam pri-
 mam, elementa, cœlos, & omnia quæ unquam fue-
 re, aut sunt futura indiuidua, cum summa rerum
 omnium creatarum infortūitate condidisset prima
 uoluntas in instanti, si nutu suæ uoluntatis simplicis
 in esse sine Christo deduxisset. Quum autem quadri-
 partitam hanc naturam sensu cernamus, inq̄ singu-
 lis perinde atq̄ in omnibus esse formam impactam,
 non tantum præexistere formam formarum, & sub-
 stantiam substantiarū in eo spiritu nature applicabili
 opus est: sed necesse est, ut præterquam quod Deus
 de Deo est, eiusmodi uniuersi ueritatem æternam in
 se habens, etiam quatuor elementa spiritualia, aut in
 spiritum reducibilia in se habeat. Quum uerò facili-
 mē in suos ordines duo elementa superiora sint co-
 acta, ignis uidelicet & aer, tardius uerò multò aqua,
 tardissimè terra: opus est ut successiue etiam quatuor
 suas in se naturas haberet, quarum uirtute præsen-
 ti, aut prædestinata, inq̄ potentia posita, primæ
 distinctiones fierent. Hinc factum est, ut ad
 reddens

reddendam homini suum uerum esse spirituale, sit
 usus trium elementorum uisibilibus aut sensibilibus
 signis. Insufflando enim in signum aeris superio-
 ris, intingendo in typum aquae superioris, & in suo
 spiritu descendendo in linguas igneis dedit spiritum
 sanctum Iesus. Sed consummatum est in sua parti-
 cipatione terrena mysterium, ubi per synaxin om-
 nia coegit mysteria, dum terram sanctam capimus.
 Sed suis locis de hoc quadruplici mysterio elemen-
 torum nostrorum formatore agemus, ubi quid spi-
 ritus, quid mens, quid anima & corpus sit, patuerit.
 Satis enim est, ex hac elementorum consideratione
 concipere quod generale omnibus est, ut nil sit infe-
 rius quin sit longè antè superius: ita ut sit multo mi-
 nus mirabile, elemēta uisibilia & inuisibilia reperi-
 ri, & ista esse umbram uerorum quae his mundantur.
 Coelestia quidem his purgantur quae sunt exempla-
 ria: ob id sacer cultus à Paulo dicitur nomine elemen-
 ti, quamdiu in apparenti cultu est. Ad hoc enim ten-
 dunt sacrosancta illa elementa coelestia, ut ista mun-
 dentur inferiora in una potissimum natura humana,
 cuius gratia caeterae sunt. Nam reuera omnia sunt
 munda, praeter illa quae mundare omnia debebant,
 & in suum finem conducere. Sunt uerò duo mūdan-
 da, haec inferiora & umbratilia, quae materialia sunt
 & corporea: demum coelestia & uera, seu formalia,
 quae sunt secunda elementa, consideratione ad nos
 relata. Haec quidem inferiora inferioribus mundan-
 tur mundatorijs, coelestia & spiritualia (quae sunt in
 loco aquae, sicut ista in loco terrae) mundantur spiritua-
 libus. Vnde postquam apud nos passus est agnus, unā
 cū ceteris animantibus, consummas in uero suo sanguine
 umbra.

umbraticum : opus fuit ut appareret vultui Dei pro nobis, dūq; quid oremus sicut oportet nescimus, ipse spiritus ignitus pro nobis assistēs vultui Dei, postularet pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Sicut enim ignis aquæ, & aër terræ est purgatio & defecatio, ad hoc ut naturaliter ipsis aptetur compositis crassitudo ista materialis: sic Christus spiritu suo, qui ignis cōsumens est, & mente, quæ aer uiuificās, purgat animam nostram, & corpus humanum, quæ sunt sua duo elementa inferiora actualia, in quibus uixit per singulorum hominum uitam, donec suarum & ipse partium subiret uicissitudinē, & primò animam, demum corpus ipsum purgaret. Hinc factum est, ut licet à corporis Christi passionibus putemus totalem uim redemptionis dependere, ut suæ beneficentiæ columē Christus per spiritum igne uisibili datum conferret, ad ostendendum doloris spiritualis & mentalis cum diuturnitate acerbisatem, nomine animorū nostrorum exactam. Corpore enim fuit initium, & nō finis passionis Christus, donec in suis mēbris adimpleuerit ea quæ eius defunt passionibus, suis in ipsius corpore gestis. Sic rectissimè credūt populi reginæ Sabba, quod ipse Christus descēderit ad inferos pro ipsiusmet anima, licet illam massam corporis & animæ, per unionem diuinitatis cum spiritu & mente eius iam abunde beatam haberet. unde uoluit sub utriusq; legis ritibus initiari, ut ostenderet planè ex eadem massa sumpsisse corpus & animam, ex qua & ipse nos ab initio fecit. Sic decuit distinctorem elementorum in natura per spiritualia elementa sua defecare etiam spiritualiter totius ueri generis humani molē, ut in nobis sicut in cœlis fiat spirituale qđ est animale. Vnde prius

esse oportuit quod est animale, deinde quod est spiri-
 rituale. Etenim semper etiam sine peccato erat natu-
 ra quæ gratia prior. Natura porro indiuiduorum, hoc
 ipsum in se manifestat, quod fecit transitus à materiæ
 primæ confusione in elementorum ordinem. Sicut
 enim tenebræ confusionis illius & abyssi sunt subla-
 tæ, dum lux distinctionis cœlestium & terrestriū ac-
 cessit; sic & ipsa indiuidua, ex ipsis quatuor in unitatē
 reducta, ita alterantur, ut planè nil materiæ elemento-
 rum in sua manifesta natura seruet, sed solos spiritus
 qualitates & formas, unde cōponitur inuisibilis sub-
 stantia. Nam terra pura quæ in perfectissimo cinere
 pura est, ut in uitro patet, habet uestimentum nigrum
 in atra bile, aqua autem in flegmate albedinem, aër in
 sanguine ruborem, ignis in bile flavorem; quæ admi-
 rabilis mutatio tam generatione quàm alimento per
 albedinē & rubedinē in semine & embryone pri-
 mō, deinde in alimentis transit, ut ostendat misericor-
 diæ & iudicij uim ubiuis omnia dispensare, per illam
 formam formarum, & substantiam substantiarum, de
 qua antè diximus, quæ est Christus Dominus, sine
 quo factum est nihil. Sicut enim illa generalis forma
 & materia præfuit, præest, & præerit distinctioni ele-
 mentorum, seruando per suam unitatem, innumera-
 bilibus subiectorum spirituum minister ijs fultam, in-
 tegratam elemētarem, quam semel distinctione po-
 liuit; sic ex elementis ipsis assiduè indiuidua expolit,
 & quatuor assiduè uiribus aut spiritibus mutam &
 repugnantem materiam ita transformat, ut sit sum-
 ma discordia summa concordia. Intensa quidem il-
 la et immobilis uoluntas in causa essentiæ est; sed quia
 nec transmutationem nec uicissitudinis umbram ha-
 bet,

bet, opus est ut necessario illius unitati in Trinitate
 expositae sublit inferior quaternio, una in se & im-
 mutabilitatem habens, & mutabilitatem. Per hoc
 quod immutabilitatem habet Mediator, in eadem
 forma eademque materia, iisdem elementis iisdemque
 spiritibus naturae prospicit, ita ut assidue & elemen-
 ta seruent singula individua, & alterationem eo-
 rundem. Vnde fit ut omnia fiant spiritibus ducibus,
 ut uocant philosophi & medici. Sic est spiritus essentiae,
 unionis, ueritatis, bonitatis in generali: formae, ma-
 teriae, compositi, proprietatis in sensibilibus: essen-
 tiae, uitae, sensus, & rationis: uitae uitalis, naturalis,
 sensitiuus, animalis: attractionis, retentionis, coctio-
 nis, segregationis, expulsionis, assimilationis & ap-
 positionis: qui omnes spiritus ex superiorum spiri-
 tualiumque elementorum fonte manent opus est.
 Hic est ignitatis, aëritatis, aqueitatis & terreitatis spi-
 ritus, statim post materiae primae considerationem,
 quae omnia quum sint in nouitate assidua, perpe-
 tuaque uicissitudine, ita ut ne momento quidem
 res materialis sibi similis esse possit: cogit nos neces-
 sario ponere ante omnia unitam immobilitati ui-
 cissitudinem sibi semper similem, sub cuius impe-
 rijs militant substantiae separatae. Sic actu uidemus
 esse omnia de substantia Christi participatiue, quum
 de Deo esse non possint, ob imparticipabilitatem
 suam. Hinc factum est, ut totius naturae substantia
 sit abscondita, ut ubiuis delitescat Iesus uniuersi sal-
 uator. Quum autem sit finitus, & infinitus, sic se fini-
 tis comunicat rebus, ut quod est de eo finitum & par-
 ticipabile, capiant actu: quod infinitum aut, potentia.
 Sicuti quum uerbum meum aut scriptura sit finita &

infinita, quatenus memet explico uerbo scripto, aut alio signo tantum capior, quia illic finitus sum: at potentia tantum quod possem dicere & scribere, capitur, donec & Christus ubiuis rerū reueletur, nedum in nobis, & manifesta fiant consilia cordium, quando sine uoce & scripto, cor in corde, & mens in altera mente instar angeli leget, intelliget, loquetur.

DE NATVRAE COELESTIS
contemplatione.

Q Vum sit natura cœlestis tanta inter omnia corpora dignitate, ut iure aut aeternā aut primam in naturæ distinctione, intellectusq; apprehensione, uniuersus naturæ scrutatorum confessus posuerint: ordo postulat (uti in cæteris) ut & quid sit ipsum cœlum, & quid ad hoc ut sit tale, necessario sequatur & præcedat, cōsideremus. Constat, ubicunq; est adhuc de re una altercatio, aut apud omnes altercātes desiderari uerum: aut apud unum solum esse, qui potius ipsi Deo sit notus, quā ulli mortalium, aut etiam sibi ipsi. De cœli materia ad hanc diem potius est dubitatum, quā uerè scriptū. Vnus certè filosofus Arabs potuisset assequi & tradere, nisi fugisset illi dare principium. Quum autem solum infinitum & incomprehensibile sit aeternum; omnia comprehensibilia causam & principium habere necesse est. Licet itaq; cœlo ob uniformitatē, in qua non est partium repugnancia, & ob formā quæ facile moueri nata est; uideat conuenire aeternitas, equidem à sine forsan posset concedi à filosofo, à principio autem est omnino impossibile. Nam quum sit cœlum sensu oculorum in concaua parte sui, mente uerò in conuexa comprehensibile, necesse:

necesse est ut causam habeat, qua una sit posterius. Alioquin enim à seipso esse, & sibi ipsi dedisse originem, & fuisse antequam esset, opus est. Est enim supraens aut hyperusion, solummodo quod primū est. Quum habeat motores angelos, ab alio dependeat opus est. Atqui tale ab omnib. ponitur: unde sequitur, ut nullo modo æternū à principio possit poni. Localis eius motus arguit, quod materiæ sit impactum. Quum enim sit illi, necessarium ab extremo in extremum transire per mediū, & ab intelligentia impelli, motu materiæ communi moueri constat. Quum autē sit Deus unus, et una natura ex qua quicquid materiale est producit, fieri aliter non potest, quin ex eadē massa materiæ primæ sit eductum cœlum, atque ipsa elementa inferiora. Est itaq; cœlum corpus sfericum, ab intelligentia localiter mobile, cuius forma rotunda, materia est subtilissima pars elementorū quatuor, defecata nō tantum à leuibus & raris, sed à densis & grauib. corruptione spoliatis eleuata, cuius naturæ ratio satis est in Absconditis expressa. Fidem uerò huius defecationis grauissimorū facit ars, ex terra perfectissima densissimaq; uitrum facere solita, in quo ex duobus siccitate rarissimis fit maxima naturæ totius densitas, ita ut metallis & gemmis perfectissimis sit densius, & omnino imperspirabile uitrum. Sic ars summum contrarium de summo facit contrario. Materialitatem uerò esse non tantum in ipsis sferis, sed in stellis, patet ex lunæ maculis alterationi obnoxijs. Primū itaq; quod ex materiæ primæ potentia est eductū, sensim crescente massa illius, ad limites usq; à creatore positos in circumferentia uniuersi, cœlum est: quod ob materiæ eius cum ista affinitatem assidue annuit ad inferiora,

ita ut ignis ille coelestis deorsum tendat, fratrem que suum materiae impactum sursum uocet, unde iste ignis nostras fertur sursum. Sic decuit uisibilem nostrae immutationis Deum nobis speciem proposuisse, ut quum uidemus partem illam quae pedibus a nobis calcatur, in tantam fuisse excellentiam sublatam, cogitemus, quanto facilius illi diuinae uoluntati fuerit, attollere uniuersi principem hominem, quum eius minimum mancipium coelum, in tantam subuexerit dignitatem. Ad hoc impactam corpori nostro ad arbitrium suum animam Deus posuit inferius, ut dignitatem illius creaturae contempletur, quae necessario & imperio adhaerentis, & non unitae substantiae separatae mouetur, motuque suo omnia inferiora excitat, tantoque olim se superiorem huic suo famulo fore cogitet, quanto nunc a terra attollitur. Quum itaque illic primum leuium in stellarum igne, & ultimum grauium in lunae maculis & motuum uolentia, & locali latione uideamus, quin duo mediae elementa sint eodem subuecta, dubium non est. Ad hoc uero in his inferioribus substantiae conspectum omnino abstulit Deus, inque accidentium mari omnia submersit, ut ad coelum festinemus, ubi realis illa & defecata substantia est, cuius afflatu & solo dum coelum uoluitur aspectu, inferiora germinant, sole ad nos medias illas uirtutes deferente, quibus assidue impregnantur accidentaria elementa. Illic sunt substantialia, hic materialia specibus accidentium uelata. Quum enim omnia inferiora sint secundum materiam duplici natura, una materiali, sensibus secundum sua accidentia communi; altera substantiali & uera, solo intellectu capi solita, sed tamen corpori participabili & applicabili (quod patet in uisu &

su & usu ciborum, & totius nutrimenti) opus est om-
 nino, ut in istis elementis inferioribus sit reposita ma-
 teria crassa & impotens, in coelo autem substantia ue-
 ra & fructuosa: ut est panis absconditus longe suauior
 quam manifestus, qui solum iuuat sensum, quum ab-
 sconditus sit ipsa appositio finalis ad nutriti corporis
 substantiam instaurandam. Sunt reuera istae aquae
 fructuosae dulciores, quibus occultè inscijs fruimur,
 conseruamurq;. Opus est autem, sicut ista quatuor
 elementa, in quorum materia est uerae substantiae ue-
 lamina, concurrunt nullo excepto, ad indiuidui com-
 positionem: sic etiam in coelum ante omnia fuisse ea-
 dem quatuor nullo excepto subiecta, ut substantiae
 uelatae perfectione singulis impertiretur indiuiduis,
 & sic octaua die fiat uera sub coelo & elementari na-
 tura circumcisio, unitis quatuor superioribus cum to-
 tidem inferioribus. In hunc finem forma formarum,
 ex media fece materiae extulit per ebullitionem & fer-
 mentationem materiae coelum, non tam ut formas di-
 stribueret quae supra illum sunt, quam ut ueram for-
 malemque materiam sensim omnibus infunderet. Ve-
 rum enim uero ad hoc ut tali perfectione coelum, &
 per varias intelligentias non tantum ad mouendum,
 sed multo maxime ad influxum emittendum illi indi-
 tatas (nam nil eductum à potentia materiae utriusuis per-
 se agit) agat, & quatuor illorum principiorum unita-
 te perseveret: opus est, ut illi supersit coelum coelo-
 rum, aeternitati unitum, cuius particulari cura non
 secus assidue haec quatuor elementa in unum coale-
 scant, quam inferius iam uidimus eundem esse ne-
 cessarium, ad materialium unionem. Hic ille est, qui
 cum Deus preparabat coelos, aderat: cuius deliciae
 & finis.

et finis est, esse cum filijs hominum. Nam cum eo erat cuncta componens, seu redemptor opificij mundi. Nondum enim fecerat terram, quum est ab initio ante secula possessa hæc sapientia; imò nondum erant materie primæ abyssi, nec fontes aquarum ebullierant ad uniuersi massam componendam. Omnia in summa quæ à Solomone de sapientia ista dicta sunt, de illo mediatore quod cœlum est dicuntur. unde Solomon in ea oratione quam pro populo suo habuit in dedicatione templi, hanc increatam creatamq; sapientiam, nomine Cœli appellat, dicēs, Audi cœlū: sicut in commentarijs Beressit exposuimus. Angelus est enim, quia angelis dat particulare & gratiosum esse, ut per illum laudent maiestatem Dei. Cœlum est, terra, ignis, aër, aqua; eo quòd omnibus in substantia uera se cōmunicat. Et ideo omnium rerum nominibus dicitur, Beatus, qui quotidie ad suas fores ita uigilat, ut illum ubiuis absconditum reperiāt, & bene obseruet in omnium rerum foribus ne infalutatus effugiat. Huius cœli præsentia factum est, ut non tantum cœlum, sed omnia agant & patiantur à cētro ad circumferentiam, aut contrā. Sic lumen agit, sic animus discurrit, sic sensus percipiūt, sic res sese diffundunt, sic pati passibile potest particulari potētia hæc procurante. Scriptura tota finaliter scetet nomine huius cœli, ita ut in eum tanquam in suum fontem omnia bonitatis uocula sint referēda. Est enim actu omnia in omnibus, quia omnia ante omnia fuit. Hoc est enim illud appetibile, cuius imperijs obsequi satagit, quia est motor, non motus: sub cuius imperijs anime illæ intellectuales, seu intelligentiæ separatæ sine fastidio mouentes fungūtur officio. Sed quum sit primus motor, motor

immo-

immotus, sola immutabili uoluntate mouens, non
 potest satis esse ad uniuersi materialis motum, nisi in
 instanti moueret, & chaos ex chao generaret, uicissi-
 tudinis omnino expers. Quare quū res sit sensui ob-
 noxia, & materia formaq; excellentissima constans
 coelestis moles: opus est ut à motore quidē immobi-
 li moueatur, sed qui non solum uoluntate moueat,
 uerum etiā applicatione sui, quā à Deo fieri nequit.
 Licet enim motor immotus quod ad me attinet sit in
 me, uidelicet uolūtas mea: certē quāuis maximē ue-
 lim, si desit secundarius motor immobilis, non tantū
 per uoluntatem, sed per applicationem mouens, nul-
 lus particularium spirituum mouebitur. Vis hæc mo-
 tiua & applicatiua uoluntati supposita et unita, est in
 neruis: quorum si desit mediū, ut in apoplecticis aut
 epilepticis, nil faciunt particulares spiritus sensum
 & motum distribuentes. Quare eodem modo si ad
 motum et dispositionem cœli adesset prima uolūtas,
 & illi spiritus qui mouere solent, deesset autem mo-
 tor immobilis applicatiuus, seu accommodatorius
 ad singularia, nil planē moueretur. Sunt ergo in Iesu
 ante mundi constitutiōnem quatuor illi primarij spi-
 ritus, sub cœlo diuinitatis: de quibus cōmodius dice-
 tur, quū quid sit spiritus & cæteræ animæ partes, co-
 gnoscetur. Licet in quadruplici illo spiritu, tam à tri-
 bus personis emanante, quā in ipso Iesu per se
 considerato, abundē reperiamus cœlos primos, ut il-
 los quidem aptemus cœlis & quatuor elementis
 superioribus: quatuor autem naturas spiritus, mētis,
 animæ & corporis, quatuor materialib; & crassis: ita
 ut illi sint instar ignis perficientes aquā cœlestis sub-
 stantiæ, hi uerò sint loco aeris, dantes perfectionem
f terra

terræ elementari. Sic erit elementaris regio, terra, cœlum, aqua, aer, Christus in suis quatuor naturis. Ignis autē spiritus à diuinis personis in illum diuinitati unitum emanatus.

7 DE SPECIALI CONSIDERATIONE
*elementorum inferiorum, & primò
 de terra.*

Nomine terræ intelligi debere primò molē omnium elementorum, quæ impacta est maxime sensibiliter ipsi terræ, & consensus omnium linguarum & notionum humanarum arguit. Omnes enim homines in quacuncq; lingua sit eorum locutio, terræ uocant hæc corruptibilia, & elementis nata. Et si enim ignis & aer sursum tendunt, ueluti naturam terræ & centri refugiendo: tamen respectu superioris & defecatae partis elementorum deorsum tendunt, non tantū relatiuè, quia sunt in loco ipsi cœlo supposito, sed etiam secundū suam actionē propriam. Maxime uerò hoc patet in igne, aere & aqua. Nam quū simplicissimus ignis sit quadruplex, niger, rubeus, cœruleus, albus: in medio & penetratione rei combustæ niger: in superficie duri combustibilis, & non alliduè pinguib. humectati, rubens, ut in carbone: in flammæ radicib. cœruleus: in flāma cōmuni, albus: quæ omnia ad oculū patent, ne forsan dubio sit locus: sic dimidiū ignis, siue duo flammæ ignes tendunt sursum: duo impactæ materiæ ita tendunt deorsum, ut si esset cōbustibilis colūna à cœlo lunę usq; in centrum terrę, nunquam cessarent descendēdo depascere. Inde fit ille fragor aeris in fulguribus, fulgetris et tonitruis, quia ubi offendit ignis depascibile materiam,

riā, nō refugit inferiora aut lateralīa, dum fertur de
 orsum, sed ne aquis quidē ipsis in nube ipsa densissi-
 mis parcat. Hinc fit, ut in aquis medijs adiutus ignis
 artificioso pabulo, sauius quā in terra aut aere com-
 burat, quod norunt Mechanopœi & Pyrotechnitæ.
 Sed quid dicemus, quum uideamus quicquid actu-
 alis ignis est, in terrena ali & seruari materia? Dice-
 tur forsan id esse ex usu illius, ut sic, iuxta siccitate
 symbolizans sibi elementum terræ agat, & cætera
 purificet elementa: solam terram materialem &
 puram in cineribus, aut chalcibus, singulisq; dese-
 catis relinquendo. uerum etiam in mera aqua agere,
 & nil subiecti omnino absumere, præter aquam qua-
 uis copia appositam, modo instilletur: hoc uerò
 est mirabilissimum, & usitatum in plerisque locis,
 sed maximè in Islandia ad polum arcticum, ubi tor-
 rens igneus refugit etiam palearum & stuparum pa-
 bulum: in aquam uerò copiosam, aut pluuiam, aut ar-
 te instillatam, sauit ad periculum usque adstantium.
 Quibus experimentis patet, esse in eius naturali a-
 ctione auxilium, & partem terream, seu quæ ad cen-
 trum pabulandi gratia uergat assidue. Terra itaque
 inde iure ignis, & contra dici potest. Si uerò consi-
 deremus naturam aeris, hanc grauitatis similitu-
 dinem ad terram accedentem, maximè perspicie-
 mus. Grauitatem uerò instar terreitatis habeo. Ta-
 le enim maximè dici debet, quod maximè tale est. In
 tribus aeris regionibus conuenit fermè omnis soso-
 rum turba, una cum theologis doctioribus. Exactè
 uerò perpendendo, quatuor, nō secus quā in igne
 reperiuntur. De extremis facile constabit, cōsideran-
 do, quod apex aeris ascendēdo ad sferā usq; subtilita-

tis, ut ignis, suppetit ex inferiorib. uapores crassos
 et materiales ad cometas, bothynos, trabes et ceteras
 impressiones diutius uideri solitas. Vniformiter e-
 nim omnia ibi haberēt, si nil illuc deferret. Quū dese-
 ratur, motu quodam ab inferiori ad superius uergen-
 te fieri, constat. Quod aeris pars inferior, terræq̄
 superficiēi proxima, deorsum uehementissimè uer-
 gat & penetret, ut altius uersus centrum tendat,
 in experimento est illa assidua superficiēi terræ hu-
 mectatio, quæ assiduè in terræ uersatur superficiē,
 quæq̄ sine rore & pluuiā ulla conseruat totam na-
 turam uegetabilem, & mortuam corrumpit & dissol-
 uit, usque adeò ut frustra fata humectando labores,
 nisi descendat rectā in rerum uerticem aer, quan-
 tumuis per latera admittatur. Sic sursum & deor-
 sum tendere constat. Sed deorsum tam uehemen-
 ter, ut tutius in aqua, quàm in quouis loco omni-
 arte concluso serues, quæ rubigine lædi possunt.
 Est uerò ipsa rubigo in polito ferro, aeris ipsius ad-
 missio, quod ne saxorum ipsorum & adamantum,
 uitriq̄ densissimi medullis parcit, etiam quo tempo-
 re frigus maximè adiuuat corporum densitatem. Pe-
 netrando enim tunc ita ludit illa alioquin impotens
 uis, ut quanto durius politiusq̄ subiectam offendit,
 tanto magis humido oneret: quod finito gelu con-
 spicitur. Quod si aliter fieri illam resudationem con-
 tendent, satis est mihi, uī aeris in inferiora tendentis
 illas sensibiles impressiones nasci. Mediam inter
 has duas esse constat sensu, & omnium consensu: sed
 reuera non solum una est, sed duæ omnino differen-
 tes. Prima & superior tanta uiolentiā fertur sursum,
 ut non solum aerem secum trahat, sed aquarum, tan-
 tam

tam vim retineat, ut inde omnes pluviarum thesauri
 secundum dispensationem Iesu & naturæ instituta
 inde profluant. Sicut enim ignis niger & intra ma-
 teriæ combustibilis penetralia admissus, assidue dis-
 gregando suppeditat utrique flammæ, siue caruleo
 aut uiridi, & albo suam essentiam: sic omnino facit
 aer in inferiora tendendo. Esse autem magnam vim
 aquarū supra regionem primam aeris, præterquam
 quòd sacra cogit credere autoritas, experimēto cla-
 rissimum est. Nam id constat, quum totis sex men-
 sibus sol absit à regione subpolari, & nunquam fer-
 mè illic cesset aliquis humiditatis casus, ita ut niues
 ultra hominis altitudinem frequēter uisuntur: quod
 si æstimes, non in una regione, sed in unius solum iu-
 gelli latitudine in immensum pondus illa moles con-
 surget, quam tamen cœlo descendisse constat assi-
 due, aut absq̃ eo quod quicquam uaporum à sole sit
 tractum inter cadendum. Nam sol apud Antipodes
 sub horizonte totis sex mensibus agens, trahere non
 posset tunc temporis. Præterea omnibus strictissi-
 mo gelu rigentibus, nil uaporū etiā præsentē sole
 traheretur: & si traheretur, uis solis ad alterum tunc
 polum traheretur, ubi conspicitur. Thesaurum itaq̃
 aquarum illic delibratarum necesse est esse: quod nō
 tantum hīc, sed in toto orbe patet. Nam quum ma-
 ximo impetu tunc ferri pluuiæ ubiuis terrarum ui-
 deatur, ubi nil planè illarum respectu eleuatur, opus
 est de thesauro illo aduenire. Nam qui contradicet,
 duorum alterū fateatur oportet: aut falli in suo aspē-
 ctu oculum, qui descensum uehementissimum aquæ
 uideat, et ascensum non uideat: nam tam cito rehaui
 opus est unde discedit nubes, quàm descendit, aut

quod pondus illud magnum diu in aëre feratur, dum à varijs locis coalescens in distinctam fertur regionem: quod utrunque refugit dicere filosofus, licet ultimum sit verum, & necessarium. Sed quod à mari diuinæ providentiæ hoc procedat, multò clarissimè duobus argumentis patet. Primò, quum sol in hyeme sit absens omnino, ut à polaribus, aut parum suprâ horisonta eleuatus, tunc quum maxima copia humidi, aut pluuijs, aut pruinis, aut niuibus inundare solet, non potest tantum attrahi, quantum effunditur, imò nil planè attrahi uidetur. Vix enim paucis horis resoluitur gelu, & tanto minus, quanto maior est humidi illius casus. Sed experimentum palpabile pro secundo argumento erit, ad retundendum hæctenus autoritate receptæ nugacitatis nœnias, ut non naturæ ipsi, sed arbitrio uniuersi Christo soli dispensatio adscribatür. Subiecta est India maritima plagæ inter æquatorem & tropicum cancri: & non solum ipsa, sed media Aethiopia, & Nouus orbis. Quum autem sol sua assiduitate, & ad nos accessione amburat omnia, & tollere soleat pluuias, maximè in Iunio, Iulio, & Augusto: aut ut Christianè loquar, in quarto, quinto & sexto anni gratiæ mense: in illis regionibus, in quarum uertice directus agit, tribus illis mensibus tantas immittit pluuias, ut nec noctu fermè, nec diu, quamdiu fermè ita directus est sol, sed maximè in illis tribus mensibus, in quibus alibi omnia uruntur, cesset pluuiæ copiosissima, semel noctu, & semel in die, saltem nisi sit continua. Nèc tantum est pluuiæ casus, sed tam uehemens aeris agitatio, ut à nauigando ar-

do arceantur in illis prouincijs. Inde sunt tamdit
 quaesita Nili incrementa, & Nigiris: quorum ex
 emplum habemus in illis fluuijs, qui à colliqua
 tis niuibus uí æstatis augentur. Prospicit autem
 huic mari perpetuò Iesus duplici uia, ut illum mo
 tu arbitrario illuc & isthuc pro suo arbitrio impel
 lat: primò rehauriendo solis opera, inq̃ thesaurum
 reponendo. Sed quia non sufficeret hæc euapora
 tio ad tantam humidí effusionem, in tam latis re
 gionibus (sensim enim omnino absumit ignis hu
 mida elementa, ut sensu compertum est) illa ap
 plicata suæ creaturæ potentia, ponit niuem & plu
 uiam, sicut lanam, per creationem assiduam, au
 gendo illam aquam, sicut lanam super pecora au
 get, sensim apponendo incrementum. Est enim
 illud mare, aut aqua supracœlestis, instar anima
 lis, fermento sese instar materiæ primæ multipli
 cans, & pro ratione necessitatis terrenæ sese pro
 fundens. Illius una & aquarum dulcium fex est,
 mare istud nostrum salsum, & crassum, adq̃ susti
 nendum nauigia aquis dulcibus patientius. Sub
 ea regione tertia, quarta est, quæ ad nos uergit,
 quæ que supra montes altissimos uersatur, & fe
 ces superioris ita continet, ut ad nos deuibrare sa
 tagat. Sic addensat pluuias & grandines, ut ad
 nos maiori pōdere ruant. In summa, hæc est
 uehiculum superioris, sicut rubedo carbonis est
 flammæ sedes. Illa aqua tendit sursum singula
 ri rarefactione, per quam actu in uno fonte coe
 unt quatuor flumina paradisi perfectissime: nec
 prius deorsum tendit, quàm diuina permissio illam
 recidere:

recidere in potestatem penultima regionis aeris permittit: ubi etiam quandoque diutius moratur cum ea aqua, quae per euaporationes sursum ascendit.

Generantur enim ibi uituli solidi, & multa animalia, & inter caeteras materias saxa ferruginea ingentis ponderis: quae omnia uis intelligentiae admixtae fiunt, non in instanti. Per huius addensationis uim fiunt maxima tonitrua, quum illius duriciem in momento ignis corruptioni admixtus, & feculentas elambens partes, defecationis utriusque aquae, tam elatae uidelicet, quam multiplicatae, impetuose uult erumpere, & erumpit cum sono cognito. Sic uidentur quatuor aeres clarissime, sicut quatuor ignes. Superest, ut hoc ipsum uideamus, quantum fieri poterit in his feculentis fecibus duorum precedentium. Nam acrius multo quatuor partes distinctas hic cernemus, quam in illa clarissima ignis natura, & sensibili aeris experimento. Duo esse extrema humida, unum respectu sui generis ita uadens sursum, ut nulli humido uelit haerere sine arte: alterum absolute centrum petens, & quauis etiam terra grauius, probatur per omnia oleosa & pingua soluta sursum, & per argentum uiuum deorsum. Ut enim solius humidum consortium pingua fugiunt: sic omnium corporum, praeter aurum & argentum, consortia refugit aqua, siue torrens montium, in quo puluerem uituli aurei tritum posuit Moses. Solus enim ille in natura talis torrens est, ut tota natura, nedum aqua, sit illi instar montis, unde semper fluat, nisi arctetur. Pinguis itaque aqua, licet sit pauca, eo quod igne assidue absumit, aut in usum nutrimenti

& reme-

& remediorum humani corporis adhibetur, est ea natura, ut sursum respectu sui tendat, & in primo loco sursum tendit. Nam sursum tendere non est absolute tendere sursum, sed respectu sue molis. Sursum enim tendere in ipsa superiore regione aeris, non est absolute ultra regionem ignis & coeli ferri, sicut nec ignis supra coelum ambire locum, sed ita in sua massa disponi, ut semper talis pars sit supra, talis infra, quum tamen sit unum corpus, & ueluti homoiomeres. Hinc contingit, ut pinguia ista in tota natura respersa maxime sint obuia in penultima regione aeris, ad impressionum uehementium inflammationem: qualis cernitur in ridicula uenti corporis humani posterioribus efflati ac censione. Pro altera aqua tam solida, ut nil humectet, ponetur argentum uiuum. In medio esse duo humida diuersissimorum generum uidetur: quia tanquam leuior aqua maris supernatat, licet potabili feculentior. Nam nunquam, quod sit compertum, aqua marina scaturit in medijs stagnis, lacubus, aut fluuijs. Contra in multis maris littoribus inuenitur aqua dulcis & potabilis, modo illam a supernatante salsa uendices: quod in mari rubro ad ostia sinus Persici in insulae Ormusiae portu patet, quum urinatores cum utribus duce fune cum saxo graui ex scafa demisso, ad locum aque demittunt sese, & sic aquam potabilem ex maris profundo tanta copia quotidie trahunt, ut ciuitati abunde, & magnae gregum copiae sufficiat haec aqua: quae si tanta supraflandi potentia esset, atque subsistendi, sicut illic in fundo delitescit, sic supranataret. Similem potaui ex litore Carthaginensi haustam, dum inde in Graeciam nauibus longis conducerer. In plerisque littoribus hoc est expertum, & nautis uulgare. Sed ne in naturae arbitrium

trium hanc dispositionē referre possimus, facit quod
 aquas utrasq; uidemus in plerisq; locis sursum ferri.
 Est enim in experimentis Pyrenæi, Alpiū, Apennini,
 atq; ipsius Tauri & Caucaſi altissimorum, qd in sum-
 mis eorum iugis sine ulla possibili ad uicina loca libel-
 la, non tantum lacus, sed maximi fontes & flumina
 nascantur, et supra omnem memoriā durent, quod
 non nisi aqua dulci contra uulgare experimentum
 sursum ascendente fieri potest. Hoc ipsum de salſis a-
 quis in mediterraneorum multis locis nascētibus fie-
 ri uidet, ut in Salſulis oppido Burgundię patet, unde
 Arar cum Rhodano descēdit in mare mediterraneū:
 & contra, aqua Salinarum à mari mediterraneo, ut
 austris flātibus copiosiore fluctu fontis falsi uidetur,
 fertur in sublime. Hoc est à Domini Iesu arbitrio fa-
 ctum: sicut in corporis foeminei fabrica cōtingit, quū
 sanguis & alimenta à corde rectā ad suas partes sine
 reflexione ulla abeant, tamen lac in mammis earum
 reflectitur à matrice contra ordinem in album cōuer-
 tendo quod rubrum est. Sed quid miraculi in aquis
 non est? quæ circulariter obuoluere terræ globū de-
 bebant: & nihilominus agrè iudices, utrum maior
 aque an terrę superficies emineat. Deus hic, Deus est:
 dico Deus, homodeus, Deus homo, Christus Iesus
 sua potentia applicatiua, & nō tantum uolitiua sic uti-
 liter naturæ uiolauit ordinem, ut licet sint à terræ cen-
 tro in sublime elati mōtes, & sit factus locus ad recep-
 taculum aquarum tanquam per inuersos montes, in
 profundo, nihilominus aquæ maris ita tument, inq;
 globum à terræ uicinia recedendo conuertuntur, ut
 altissimis terræ montibus sit altius mare, antequam
 ad 200. m. passuum in aqua progrediare: cuius rei cum
 astro-

astrolabio ipse cum multis nautis feci periculum, Præsenti & mobili numine Iesu arctatur mare, ne limites præscriptos transeat, urgeatur suo pondere licet. Plus enim potest diuini imperij uis arbitraria, quam naturæ impetus, qui à Deo est inditus. Sed cohibet mediator legem Dei in hoc facto. Quid uerò dicemus, quod æstuum ratio est diuersa, in diuersis locis? In sinu enim hesperico ad insulam Diui Thomæ æstus ab Oceano Atlantico est octo horarū, reciprocatio quatuor, aut cōtrā, quum senis alibi horis fiat accessus, & totidem recessus. Quum autē sit illud mare uastissimum, & maxima mole, quod occidua Africæ parti imminet, ita illum cohibet prouidentia, ut uix quantum Venetijs in Zona solis crescat, quū alioqui ad littora Gallia & Hispaniæ immanium montiū instar intumescat. Scatent omnia miraculis, & priuilegijs. Sed ubi iam clarè docui quatuor esse regiones trium superiorum elemētorum, in una terra maximè sensibili analogia destitutor. Verū hoc fecit eiusdē priuilegij author, ut omnia illic essent uiolata, ad hoc ut sensibiliber tangamus nostri Christi præsentiam in hac mole palpabili. Certissimum est secundum naturæ ordinem, qui nil aliud est quàm absoluta illa uoluntas æterna, quæ legem dedit uniuerso, debere ex conditione materiæ primæ, grauissima in centrum, & leuissima in circumferentiam mittentis, quæ partes sunt in terra durissima & grauissima, proximè ad centrum accedere: & quæ sunt tenuiores, & aquæ similiores, debuisse semper in eius circumferentia manere. Sic enim friabilis terra, aut arena in superficie similitudinem aquæ gerens, & densissima in metallis & saxis regnans, fecisset eundem ordinem terræ

sursum & deorsum maxime, ascendētis & descēden-
 tis: quibus duabus non agrē duas medias secundum
 affinitatem apposuissēmus. Sed quū in altissimis mō-
 tium iugis non tantum uideamus æternæ fabricæ sa-
 xa esse elata, sed & uenas ferē omnes auri argētiq; an-
 tiquissimorum metallorum, & coctū naturaliter diffi-
 ciliorum ibi delitescere, quum ista in centro reside-
 re deberent, quin particulari imperio uiolatus sit or-
 do dubitare nullus potest. Sic instituit sub Deo illa sa-
 piētia, cuius est finis esse cum filijs hominum; Sapien-
 tia, dico, creata & increata, simul prospiciens saluti
 humanæ, quæ instar piscium obuolui medio in mari
 poterat. Hoc est illud insigne mysterium, quod dicit
 Dauid: Ascendunt montes, & descendunt campi in
 locum præfixum, quem fundasti illis. Terminum ip-
 sis aquis posuisti, quem nō transgredientur, neq; con-
 uertentur operire terram. Duo ista continua uiden-
 tur miracula, ut montes à centro terræ diuisi & elati
 (quod in uicinis fissuris multorum montium patet,
 ubi respondent communis libellæ lineamētā eregio-
 ne mutuò posita) sic stent, ut extra locum sint, & non
 recidant, quum sub se multæ habeant humidum so-
 lum, & quod uix sine palatione sustineret mediocria
 ædificia. Alterum autē miraculum est, quod illi sum-
 mi aquæ montes ita se cohibeant, ut saltem si non ope-
 rient mōtes, in plana & humilia loca inundent: quod
 tantum abest ut faciant, secundum quod naturaliter
 fieri deberet, ut per loca humilia in Scythia, Asia mi-
 nore, Aegypto, Numidia, Longobardia, littore Gal-
 lico, & ferē ubiq; terrarū sese subdlexerint, & pau-
 cissimas inundarint uersus polum nostrū prouincias.
 Quod autem & montes miraculosē sustententur, sal-
 tem in

tem in multis locis, hoc notat, quod absq; terræ motu ullo multæ in planiciæ constitutæ regiones & insulæ sese subduxerint, & in fundū sensim abierint; ut Malamocca Venetijs, cū aliquot alijs insulis, solū Aquilecense ad sex aut septem millia passuum iam à mille annis. Hadria, quæ celeberrima urbs Italiæ fuit, tota submersa est, ubi fermè iam à 1500. annis Ravenna in siccum ad tria milia passuum abiit. De fluminibus licet etiam merè arbitrariū & miraculosum aquæ motum considerare. Quum enim sit omnibus in confesso, terram & aquam unà componere globum rotundum, quod uerum est, quū Nilus à Lunæ montibus in nostrū mare feratur per gradus plus minus quinquaginta maioris circuli, quæ sunt $\frac{1}{2}$ pars uniuersæ, opus est dimidio itinere sursum ferri, aut fateri terram esse non rotundam, sed instar assis aut tabulæ in nostrum mare inclinatæ esse. Oxus, Indus, Ganges, Coromara, Tontōteancus & Maragnonus, flumina maxima sūt ea conditione. Quum autem constantissimè in illis locis Scythiæ, qui nunc ob humilitatem omnino palustria sunt, in ditioe regni Moscorum & Tartarorū, tota antiquitas etiam in fabulis, nedum in historijs aliquid ueri habēs, mōtes altissimos posuerit, nominaq; illis dederit: fieri nullo modo potest, quin sensim saltē mediocres montes sese ab hominum conspectu ibidem subduxerint, quū ob alia, tum maxime quod maxima flumina fluunt etiamnum ab illis locis, ubi illi montes esse dicebant: & ita fluunt, ut plerunq; ex cōmuni lacu in loco ubi mōtes dicebantur, apparente, alia in mare nostrū aut Hirceanum, alia in Oceanum septentrionalem ferantur. Quum enim hiatis pro uinciolas, urbes, domos, & pleraq; absumi uideamus

Indies, quis dubitet in magno illo montium pondere
 cōtingere nemine aduertente? Vbiq; Christus solus
 sine ullo naturæ arbitrio, maximè in his duobus ele-
 mētis priuilegiatè facit, & sic quatuor naturas in qua-
 ter quatuor disponit, ut actus omnia sint in omnibus.
 Sed in unione duarum naturarū in unum solum glo-
 bum antequā ulla terrestria animātia possent uiuere,
 aut etiam creari, est æternitatis mysteriū. Sicut enim
 hāc uniuersi basim, terram uidelicet, cernimus ea esse
 cōditiōne, ut quum sit mater omnium materialium,
 in ea, ex ea, & per eam stantium & uiuentium, tamen
 nullo naturaliter nisi in se motu mouetur, omnia sua
 extrema ad centrum colligendo: omnia tamē quæ in
 ipsa, aut super eam, de ea potissimū uiuūt, in sublimē
 mouentur. Sic est quædā prima infinitaq; uirtus, quæ
 immobilis manēs, dat cuncta moueri. Est itaq; uerus
 diuinitatis typus in materia positus, terra. Hinc in sa-
 tanæ inuolucris Dimeter Ceres, tanq; Didusa meter,
 id est, omnia dans mater, numē Terrę uocabatur: quę
 reuera nil aliud quàm diuinitas ipsa est in essētia, uni-
 tate, ueritate, bonitateq; nomine uniuersi agēs, & has
 uirtutes toti naturæ impertiens. Sed quod ante omnē
 uitam terrenam, siue actū à terra natā, opus fuit, causa
 salutis humanæ nos qui per ordinē naturalem pisces
 reuera esse medijs in aquis debebamus, ab aquis non
 solum eximi, sed ipsam aquam unū cum terra globū
 rotundū in se & adæquabile facere: illud mōstrat etiā
 necessariò, ante ulla creaturæ finalem distinctionē
 (quæ sola reuera in homine est, eo quòd finis omniū
 distinctionum est) unitam fuisse cum diuina natura
 unam aliam illi proximā, in cuius medio erāt omnes
 creaturæ instar piscium cōclusę, per cuius solius à suo
 circulo

circulo remotionē terra reuelata est: et ita reuelata est,
 ut planē nil ab ea moueri possit, nisi ipsius humidī uir-
 tute. Hic est noster Iesus, firmitatis aeternę centrū unā
 cum Deo cōmune habēs, in quo est posita totius uitæ
 basis & distinctio. Non enim aliunde fit, ut omnia sin-
 gularia principium in humido habeant disponēte &
 coquente igne sanguinolento & rubente, quā quia
 sapiētia isthac creata, unita aeternę, omnia & singularia
 per basim diuinā indiuiduat, & principio uitæ donat,
 sed nō sine igne rubente, cuius medio aut finali inten-
 tione potius omnia in illo humido formantur. Chri-
 stus enim ante omnia uult sibi uniri ignem illum san-
 guineum animæ nostræ, in sanguinis mysterio laten-
 tis, antequam quicquam faciat: eo quod omnia nomi-
 ne humani generis faciat. Illa uerō prius sunt in men-
 te, quę ultima sunt in opere. Sed interuallum aëris no-
 tat spiritum inter aquam diuinitati agglomeratam &
 concentricam, & igneam sferam poni, angelicam ui-
 delicet naturam, quę tanquam aer magis symbolizat
 cum nexu terræ, quā cū suis uicinis. Sicut enim aer
 in se habens unitas naturas ignis & aquæ, in calidi re-
 missi & humidī intēli natura, eaq; unione adiuuat ter-
 ræ pigritiā in frigido remisso & intenso sicco positā,
 ad hoc ut delibrari ab eo se permittat, et in cōposita as-
 surgat: sic & natura angelica inter Mediatorē & ho-
 mines posita, & in se calorē remissum iudicij seu iusti-
 tiæ diuinæ rubentis, & zelo ardentis unā cum mise-
 ricordia intensa, quadrat magis cum terra diuinæ ma-
 iestatis, ad eliciedum ex ea motum, ut strictissima ge-
 lidæq; eius naturæ immobilitas tandem se quatenus
 fieri potest flecti sinat, & quocunq; uolet calidum
 & humidum assurgat, licet nunquam se unam uideri
 aut

aut tangi in composito, licet nec in seipsa, sinat. Nam
 natura uelata accidentibus omnino est. Inde licet
 innumeræ sylvar, aut quæuis ingens rerum moles ex
 terræ mole crescat, nec quicquam ab eius pondere
 aut quantitate diminuit, nec à qualitate. Sed magnū
 est, & in æternū notabile, quod illa tam stupenda, im-
 mobilis, immensaq; moles, se ita cōcuti ab ignis et spi-
 ritus interius admissi & latētis natura permiserit (tan-
 tus fuit aëris & ignis ueri in anima & angelo amor di-
 uinæ bonitatis) ut causa salutis animantium rationa-
 bilium centrum suum æternis muris plenum in cir-
 cumferentiam euouerit, & totius naturæ ordinem
 in se unā uiolauerit, montesq; maximos unā cum ual-
 libus profundissimis fecerit. Et reuera nobis est ualde
 in hoc considerandum, quod est considerabilem
 primum. Quod licet Deus sit in sua æternitate incon-
 cussa immobilitas, solaq; suæ immutabilis uoluntatis
 lege in esse deduxit mūdum, tamen ne chaos ex chao,
 seu confusio ex confusione nasceretur, opus fuit pri-
 uilegio quodam, ita semel moueri ad asciscendum in
 unionem sapientiæ creatæ increatam, ut summus mi-
 sericordiæ amplexus, qui in eius maiestatis centro ab-
 ditus latebat, nulli rei notus aut participabilis omni-
 no ad extra euomeretur, inq; constrictione & unio-
 ne misericordiā unā cum rarefactione iudicij ostende-
 retur. In Deo enim line illius temperamenti Christi
 admissione conformi & concentrica, impossibile e-
 rat consistere mundum, etiamsi omnino arcuissima il-
 la misericordiā ad extra unā cum iudicio patuisset: qd
 prouidens Deus, sibi uim primus in nostrum exem-
 plum fecit, considerans, quod nec pura misericordiæ
 arcuatio poterat in separationem ad militandum ob-
 impar-

imparticipabilitatem et inseparabilitatem ventre, nec
 rarefactio iudicij poterat ullum agglutinare eo pacto
 ut posset subsistere. Si enim iniquitates obseruet, quis
 poterit sustinere? quū ne ipsi quidem angeli sint mun-
 di ante Deum. Sine aqua uinculo nil fiebat, nam per
 se nil producit aqua. Reuelatis igitur fundamentis or-
 bis terrarum æterni, innumeris antè seculis quàm in
 globo terræ illa fieret uiolentiã, unita Deo fuit Chri-
 sti nostri aquea natura, frigiditate sua arctius quàm
 terra stringens (si posset perfecto aliquid dici perfe-
 ctius) suo uerò humore laxans omnia, possibilis om-
 nia Deo facit, quum secundum illos ordines quos
 Deus huic mundo ostendit, fieri aliter non posset, quæ
 ut opera redemptoris finiti & infiniti diuina uolun-
 tas huius mundi opificium disponeret. Sic igitur ha-
 bet finis cõsiderationis. Nullo modo aut arctatio aut
 rarefactio summa poterat, sic nec utrūq; simul, in suo
 summo esse quicquã componere: sicut nec adamas,
 nec cinis, sunt eo modo ut unquam ex illis sic stanti-
 bus fiat compositum. Accedat humiditas opus est, nõ
 nuda, sed igne fermētata & agitata, sollicitataq;. Acce-
 dat etiam aeritas, quæ ad duri delibrationem requiri-
 tur, ut rarefiat sicut aqua, ut rarefactio ligetur. Sed ma-
 iori miraculo est uidentium, quomodo est Deus om-
 nia in omnib., & quomodo sunt omnia in omnibus.
 Iam constat quadripartita esse omnia elementa, ita ut
 ignis aut eius affinitas sit in se in aëre, in aqua, in terra,
 secundum superiorē partem. Flamma enim alba non
 fit naturaliter in summo aëre, nisi iuxta sfæram ignis:
 nec potest hic fieri, nisi assidue depascendo circumuici-
 num acrem. Vnde fit, ut in oclusis omnino, & non
 respirantibus desit flamma. Inde sunt æolipylæ, &

ora medica quas ventosas uocant, carbo usufrarius, &c.
 & alia innumera artis & naturæ opera. Quod super-
 rior aer sit affinis per se, in diuturnis cometis docet.
 Superior aquæ pars est ita igni affinis, ut non aliunde
 in toto orbe sit usus luminis artificiosi, quam à pin-
 guibus. Terram superiorem esse in leuissimis lignis,
 pōdere & rarefactione patet: unde sicca salix, & sar-
 menta, & si quid leuissimi ligni est, supplet pabulum
 igni penè ipso attactu adustibile: quod patet in pyro-
 technia. Sicut sunt quatuor ignes in igne, & quatuor
 in singulis elementis singuli: similiter de terra. In se
 enim quadruplici gradu tota terra est, sed maximè ubi
 densissima & siccissima. Inferior aquæ regio seculen-
 ta hoc ipsum monstrat, adeo ut aqua omnis sensui fi-
 naliter terrescat. Quod aer inferior etiam deorsum as-
 siduè maximè tēdat, ex gelu per eius circumstantiam,
 & solis disgregatoris absentiam, factu patet, præter ea
 argumenta quæ dicta sunt. Quam sit crassus, sæpè pa-
 tet in brumosis diebus. Ignis niger colore testatur suã
 terrestreitatē. Ignis cœruleus seu penultimus in sub-
 lime in aëris secundo loco aqueo est, unde ad inferio-
 ra deuoluitur. Sed in aqua marina magis patet. Vnde
 ex illa corrupta sal acutissimum, ignisq; similitimum fit.
 Inde fit, ut in incendijs magnis marina aqua non ex-
 tinguat, sed accendat ignem. Inde aqua uini tota in
 colore cœruleo comburitur. Sed in terra flavor il-
 le patet, quum in secundo terræ loco, unde cœrulei
 flores, tum maximè in sulfurea natura, & metallica
 corrupta, quæ tota cœrulea est dum incenditur. Aer
 porrò totus nobis est cœruleus, quia priuatione &
 habitu constat. Quod enim proximum uidemus,
 clarum & album est: quod distat, est nigrum cla-
 rum:

rum: quibus unitis, fit cœruleus. Ignis autem rubeus in carbone, in loco aquæ est per suam rubedinem, ostendendo quod ab aqua ista alba nascitur rubeus ignis color, cuius finis in humano genere, ut dixi, est. Proprietate magis quam apparentia coloris sese ostendit. Nam sicut in ipso carbone assidue lambendo tendit deorsum, & adnihilat quantum potest, quod est à nigro igne præcedente excoctum: sic aer in secunda uersus inferius regione addensat, quæ penetrando resoluit pars inferior, ita ut quum ad eius colatorium uenerit, aut in sublime tanquam fauillas emittat, aut aquam in inferius retundat. Aquæ potabiles illi respondent, unde sunt ad sanguinis conseruationem in animantibus medium. Quid in terra huic respondisset igni, præter metalla, non uideo: quorum extremum est in ferro, ære, & auro, post liuiditatem plumbi, stagni, argenti, quæ sunt patri sulfuri proxima. Sicuti mater in fundo posita pro terra nigra est: sic in Deo Christo, angelo & homine, sunt sacrosancti quaterniones, quorum uirtute huiusmodi sic stant. In Deo uidimus, in Christo similiter. Quatuor sunt angelorum ordines, quasi unus, duo, tria, & quatuor, quæ sunt decem. Maximam enim & ultimam multitudinem ignorasse uidetur posteritas, quæ in decimo loco sub nouem cognitis ordinibus stat ad naturæ curam. In sensibili mundo dupliciter consideratur idem quaternio. Nam ad hoc ut cum ternione sensibili elementorum inferiorum quarto loco ponatur cœlum, noluit esse Deus ignem in sua sfera, nisi per uim motus: sed immergi materiæ terrestri omnino uoluit. Et sic

fit, ut cum aere aqua & terra, cum inuisibili igne naturali temperatis, uniatum coelum, in quaternionem: aut contra, terra ipsa suis filiis aut fratribus diues, & unita cum coelo triplici natura constante, fit quaternio ascensus. Sicut enim ignis elementaris nusquam nisi in animantibus reuera uidetur, sed omnino accidentariè terræ ob pabulum hæret: sic coelestis ille qui ascendere super omnes coelos debebat, in uisibili coelo terrenæ substantiæ pleno remansit, deorsum tendens in stellis, sicut inferior in carbonibus. Omnes uero coeli uisibiles cum primo mobili, sunt de potentia materiæ terræeducti, super quos crySTALLINUM respondet. Aquæ, & empyreum aëri, supra quem locum impossibile fuit subtilitatem ignis ascendere: & ideo remansit locus beatorum super empyreum coelum, ut sicut hic mediante aëre corruptibili corruptibiliter uiuimus, illic de eo aternaliter uiuamus. Sed reuera igne sursum & deorsum in massa confuso, sunt tria superiora, & tria inferiora, realia & localia, materialia & substantialia, ut in sabbatum septimo loco transeatur, quod post nouem numerando singula quatuor fieri potest. Est enim eadem ratio, sed non isdem medijs deducta. Sicut enim tria elementa superiora, & totidem inferiora in abdito igne suo uitam habent quam diffundunt, sic & quatuor supra & totidem infra per Christum in Deo decimo finem faciunt. Innumerarum inde contemplationis rerum diuinarum & humanarum seges sese offeret, eundem ordinem sequenti, per quem Deus omnia disposuit. Satis est quod nec aër, nec ignis, suis anteuiribus uti potuere, quam in unum globum mediator & creator centraliter unirentur, sine qua infinita potentia non posset ad momentum.

tum in esse retineri hic globus, cuius punctus retentionis est in terra fixus: demum per instrumentū humidū & calidū sensim omnia in suos fines attolluntur. Sicut immobilitas terræ dat uim uectibus, hypomochlio supposito, ut omnia moueri possint, ad instar cuius est pes omnium ambulantiū, remi in aqua, & alæ in aëre, & si quid mediū motus inter ea est: certe naturaliter nil nisi ui humidū mouetur, ut intelligamus à Deo nil posse effici, sine illis aquis superioribus. unde fiunt aquæ multæ populi multi, Christi membra, & partes, quos tingit aquis mysteriosis, interim quoad ipse fons uiuus in singulis habitat restitutus: & sic de nostro uentre fluat istæ aquæ uiuæ, quas nunc in eius laudem effundimus, ut sint lumen ad reuelationem gentium, sicut erant à principio. Ea est aqua munda, quæ est super omnem carnem unā cum spiritu effundenda: de qua qui biberit, non sitiet in æternum. Quum adhuc terra materiæ primæ esset stuporis ob incomprehensibilitatem plena, nec aliter comprehendī potens quā quod erat aliquarum rerum incognitarum receptaculum, spiritus Domini super aquas istas ferebatur. Antè enim erant tenebre super faciem abyssi: nec unquam in materia fuisset facta distinctio particularis & comprehensibilis, nisi prius ille Domini spiritus diuinitatē super aquas illas spirituales fuisset confouendo uersatus. Quod enim illa creatura Iesus sit diuinæ sapientiæ unitus centraliter, opus fuit eundem instar fermenti in pasta diu deificari, ut eius nutibus omnia deificarent. In eo itaque erat aeterna foelicitas, & glorificationis claritas, priusquam mundus unquē fieret. Et tanta erat, ut finaliter pro se & suis membris corporea natura ditatis,

non maiorem potuerit optare quam quæ iam erat illi
 à patre ante mundi cōstitutionem data gloria. Clariffi-
 ca, ait, me pater, claritate quam habui apud te, post-
 quam mundus fieret. Annuit uerò pater, et ait: Et cla-
 rificauit, & iterum clarificabo: quæ absolutum naturæ
 statum sine passione respiciunt. Semper enim om-
 nia sic fieri oportebat. Fuit augmentum duplicis glo-
 riæ in passione, & restitutione nunc futura, in qua cor-
 pus restituetur in omnibus. Quum autem sit certissi-
 mum, fore in singulorum membrorum suorum glo-
 ria Christum, quum apparuerit esse uita nostra, & sic
 omnia debeat patri subicere, quæ est summa glori-
 ficatio eius: opus est etiam hac autoritate manifestè
 colligere, quod in eo omnes distincti ante mundi con-
 stitutionem eramus, in eius aquæ abyssu tanquam ignis
 abditi, in quo consortio erat illi par gloria & clari-
 tas, atque illa quæ post omnium militiam est futura.
 Inde fit, ut ab omnibus spiritus in sublime redeat, ad
 Deum hominem, qui dedit illum tanquam sui par-
 tem in singulis, ut ex singulis partibus & militibus fie-
 rent, & tota, & duces, & capitibus membra, sine quo ca-
 pite actuali non potuit primus Adam formari. Hinc
 ad hanc imaginem & similitudinem Dei, quæ est in
 Christo, formatus est. Hinc fit ut maxima uisibilis
 gratia quæ nobis sit collata, aut possit conferri, sit igneus
 spiritus: quia in prima rerum consideratione, in
 prima Christi claritate posita, nos ignis eramus, om-
 nia in aqua suscitans, quia nostri gratia omnia in Chri-
 sto à Deo fiunt. Et quia angeli erant aer superior, ideo
 eiectus cælo diabolus, & materiæ consimili alliga-
 tus est in aere inferiore. Vnde uocatur rector & pote-
 stas

ffas huius aeris & tenebrarum. Hinc tantum inculcat discipulus dilectus, quòd Christus uenit per aquã & sanguinem : quasi diceret ignem, & non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Hinc baptis- mus dicitur in spiritu sancto & igne. Quia sic nobis quod prius eramus, in Christo redditur, qui diuinitate immobilis uenit in aqua, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine, ut nos à submersione aquæ corruptæ per aquam sanctificatam extraheret: quæ omnia naturalia sunt, in ordine gratiæ posita. Sed à consideratione elementorum corruptibilium ad æterna transeundum est.

DE NATURA SPIRITUALI IN GENERALI, & quomodo multiplex in unum conspiret subiectum.

Effe sine comparatione ulla, maiori numero spirituales uirtutes, & substantias ueras & perfectas, quàm sensibiles cœlo comprehensas, etiam philosophus tanto magis cogitur fateri, quanto minus capit. Hoc uerò à uirtutibus cœlestibus cogitur dicere, & ipsis fixis planetisq; fateri non deesse suas intelligentias. Sed quum sit certissimum, in materia quatenus simplex est, nil planè spiritus, sensus, motus, uel uitæ esse: in omnibus autem indiuiduis uideatur tam multiplex, ut uix numerari queat: opus est omnino, ut ab arbitrio hac diuersitate plenissimo, in hæc inferiora immitti. Nam formã per se nunq; subsistit sua materia destituta, nisi mens aut intellectus, & in ipsa mente aut intellectu residendo, per abstractionem & esse mentale solum. Quum autẽ humanitatem non solum huic nature in generali præexistere.

sit.

sit opus, sed etiam singulis adesse indiuiduis oporteat
 (nam nec per uirtutem materiae, nec per naturam for-
 mae, uita, aut eius quauis partes aut condiciones sur-
 gunt, sed per mentem illam quae illas uniat, & mutua
 applicatione non solum suae essentiae conseruandae in
 composito auidas faciat, sed continua custodia ab ex-
 teriori corruptione immunes conseruet) ante omnia
 fuisse specificè unita Deo, & ad eum excitata necesse
 est, quae singulis seculis in corruptione uisa sunt. Por-
 rò sicut ab unitate singulorum elemētorum uidemus
 procedere uarios & multiplices temperamentorum
 gradus, sicut ab igne uaria rerum calidarum genera,
 species, indiuidua, in rebus aut quae esse solū, aut quae
 etiam uiuere, sensum & rationem habent: & demum
 omnem illam uarietatem uidemus per se eò tendere,
 ut calefaciat quantum potest, & similia omnia dispo-
 sita suo primo & generali autori reddat: sic opus est
 omnino his uarietatibus praesse spiritus, qui omnes
 ab unitate una participabili emanent, & tandem post
 uā peregrinationem eodem unde uenerunt tendant,
 aut tendere doceat: ut qui sunt filij dei, quantauis sint
 diuersitate studiorum, tamē in hoc conueniant, quod
 gloriam & charitatem illam Dei quae in illis est, uelint
 latissimè patere. In hac cōsideratione cognoscitur assi-
 duitas illa participabilis spiritus, quae omnibus creatis
 dat ut bonum appetant. Singula enim irrationabilia
 magis obsequi satagunt, q̄ arbitrio moueri ad boni
 obiecta incognita. Nam nullum brutū ut ad procrea-
 tionem excitetur, ulla mouetur apprehensione foelici-
 tatis, quae sit patri in filiis: sed quia ita incitat comes spi-
 ritus, sic mouetur. Quum itaq; calidi, humidi, frigidi,
 siccī, et cōpositorū ex ijs tēperamentorū sit innumera
 multi-

multitudo, ut per combinationem potest uideri: de-
 mum etiam per quadripartitas elementorum natu-
 ras, quibus terra, ignis, aer, aut aqua fieri summa simi-
 litudine potest: una ratio spiritualis præsit adpositi-
 uè & uniuersis & singulis necesse est, quæ in quatuor
 genera spirituum in illud idem, ut & naturæ con-
 spirantium, quæ muta ista & materialia sic disponat
 & incitet, ut assiduè secundum suum agat principium.
 Si enim uidemus obrepere frequentissimè cessatio-
 nem ab officio in uniuersi imperatore homine, licet
 semper unà quatuor in suum finem illū incitent arbi-
 tria: Dei uidelicet, Christi, angelī, et hominis ipsius:
 quanto magis in rebus uegetabilib. putemus opus
 esse superiori spiritu, quum præcipuè tanta sit secun-
 dum omnium sensuum obiectum pulchritudo in u-
 niuerso, ut nullo arbitrio humano aut angelico pos-
 set simile fieri opificium: Quum sit omnino & secun-
 dum se, & secundum capacitatem creaturæ imparti-
 cipabilis Deus, opus est, ut ipse arbiter uniuersi Mes-
 sias, cum suæ semper latentis substantiæ præsentia,
 adsit ueluti fulcrum uniuersæ naturæ, sine quo nec
 materia ullo modo, nec formæ quantūuis unitæ sub-
 sisterent. Primus itaq; spiritus omnino sit immobilis
 et imparticipabilis necesse est, ut sua stabilitate basim
 essentiæ in uniuerso præstāte, fulciat omnia, gradūq;
 primum ad motum, qui sine puncto renitentiæ im-
 mobili fieri non potest, faciat. Hæc est infinita diuini-
 tas, in qua æquiualeter omnis res & motus delite-
 scit: sed non nisi per secundum finitumq; spiritum a-
 queum, in quo omnia primò eminent, & eminenter
 distinguuntur. Habet uerò infinitatem communem
 hic spiritus cum immobilitate, primaq; infinitate.

Quicquid enim primum actu mouet, unà & quiescat & moueatur necesse est, quod in Hypomochliorum machinis, in centro & circumferentia moti circuli, in renitentia puncto quod pedibus animalium dum mouentur semper hæret, & generaliter in omni motus principio uidetur. Membra humana mota in sua radice quiescunt, quum à toto corporis nixu mouerimus pedibus unà & moueamur & quiescimus oportet. Quare spiritus secundus uniuersi motor idem cum primo motore per immobilitatē esset, & in perpetuum sit, opus est: & unà diuersus & mobilis, sicut de uerbo finito & infinito uidimus. In ipso uita erat, & uita erat lux hominum, & lux spiritus & substantiæ eius in tenebris materiæ & formæ lucebat, & tenebræ puræ creaturæ illam lucem inaccessibilem non comprehendunt, donec mittatur homo restitutus à Deo, cui sit nomen, non tantum oblatum, ut hætenus fuit omnibus quibus abundè gratia Dei est oblata in salutem: sed oblatum & receptum, Iohannes, id est gratia Dei. Hic enim uenit in mundum, ut testimonium perhibeat de lumine, in singulis creaturis abscondito, & humano generi ad hanc diem incognito, ut omnes qui unquam fuerint, restituti credant per illum qui certè nō est lux, sed testimonium perhibet de lumine. Sed tandem in Christum per spiritum mutatus, & resurgens maior omnibus natis mulierum, erit etiam ipse lux uera (quæ ipsi Iohanni & Christo est communis) illuminatus sicut & Christus, de lumine Christi semper capiens, omnem hominem uenientem in hunc mundum. Nam quum solus Iesus omnia restituere sit potens, tamen Iohannes Eliæ quum uenerit, restituet omnia.

omnia: & sic actu conuertet corda patrum in filijs, ad quos transitum fecere spiritus patrum, ut in illis sint conuersi, qui in se fuere peruersi. Ideo spiritus ipse in uita corporalis Eliae, uarios ad exprimendum Deum spiritus proposuit, quum esset in suae ignorantiae spelunca, & foramine petrae. Et ait illi angelus: Egredere Elia, & sta in monte coram Domino: nam mons montium Christus est, in quo intelliges omnia etiam secretissima. Ecce enim Dominus transit: in totius naturae cursu nil aliud quam Dominus immobilis transit, sed per has similitudines eius infinitudo capitur utcunque. Et spiritus grandis & fortis, subuertens montes, & conterens petras ante Dominum, non in spiritu Dominus. Et post spiritum commotio, non in commotione dominus: & post commotionem ignis, non in igne est Iehouah, & post ignem uox silentij subtilis. Quadruplex etas, quadruplex mundi spiritus. humanus sua uiolentia euertit omnia, & diuina & humana, ita ut nil tyrānidi humanae obstiterit, ut se unā tot miseris inuoluēdo in primis insigniori quam caetera omnia clade confecerit, nō in tali spiritu dominus. Violētia enim nō est author, sed permissor Deus. Deinde cōcussio illa, aut cōmotio in angustiiori loco arctata, qualis est sismus in terra, aut tonitru in caelo, etiā abest a Deo. Licet itaque tremefecerit per clades in Faraonem coelitus excitatione Moses totam uiciniam, & sit cum maxima commotione data & conseruata lex, non tamen in commotione dominus. Licet itaque lex sit data medio in aere per angelos in manu Mediatoris, qui angeli representant aerem, ut uisum est in harmonia, non tamen in commotione illa dominus.

Nam nec in ignea uolentia nuda, & aqua nō temperata, nec in aereo motu longē quietiore dominus est. Quia solum per legem aeri illā in suis exordijs manna pascenti similem, erat cognitio peccati; unde non in commotione dominus. At ignis ille qui summam attulit perfectionem illis, quibus affulsit secundum eius ætatis capacitatem, habere dominum debebat. Non est tamen in igne dominus: quia sicut Aaron in Hannam & Caiasam antichristos desinens, in suo reprobatus est ordine, quum tamen iustissime ordinem summi pontificatus possideret: sic etiam Petrus in illis qui multis iam seculis patēt, finem iustissimæ autoritatis faciens, in reprobum abiijt sensum: unde non in igne dominus. Bona enim principia, pessimos habuere exitus: ita ut nulla gens in toto mundo peior fuerit pseudochristiana, quia in eam reduxit spiritus malus septem alios nequiores se. Ideo etsi nouerat Christum Paulus, non tamen iam secundum carnem, in qua passus pro nobis fuerat, nouerat. Sperabat enim se posse peruenire ad resurrectionē, quæ est ex mortuis in carne restituta: quæ non fit secundū carnē, aut materiā, sed secundū substantiā omnibus sensib. incomprehensibilem, in q̄ solo sacramentorū sacramento solum, seorsim ab omni alia materia, sub uestimentis panis & uini delitescit: sicut alibi sub formæ et materiæ uelaminibus, inter quas duas naturas est mediū, insensibile quidem, sed tamen assidue & corpore & animo participabile. Non in igne dominus. Nam spinæ suffocarunt optimum semen, & simile quarto, quod tamen adferet fructum centesimum, sexagesimum, tricesimum. Post ignem autem est illa dulcis uox, sonans suo tenui silētio in auribus nostris,

nostris, quando in mentibus nostris lex diuina scribitur, & non egemus amplius doctore, aut libris, quia omnes cognoscemus Deum à minimo ad maximum. Hic spiritus est quietus, agens sine motu instar fundamenti terræ, repræsentans ipsam sese silentio magis quam uoce exprimentem diuinitatem: unde non additur quòd sit, uel non sit in hac uoce dominus, quia ipsa Sapientia æterna fidem sui facit supra omnia uerba mundi. Ne autem uideatur mirum, aut à ueritate alienum, quod non sit Dominus finaliter in igne euangelico: patet ex eo, quòd tendit euangelium & eius author Iesus, ut non solum sui, sed etiam ipsemet Iesus subiiciatur ipsi patris uoci silenti, postquam sibi subiecerit omnia. Quum enim omnes creaturas Iesus ad peregrinandum in natura sparsit, ut tandem illas in laudem patris tanquam emeritas recipiat, æternasq; ex corruptibilibus in mente nostra angelica & sua faciat: opus est finaliter illas in se recollegisse, non ut in eo maneant, sed ut finaliter ipsi presententur omnium authori Deo, quum effundet de suo spiritu super omnem carnem, ad hoc ut in omnibus agnoscatur ipse Christus, sicut Christus nil aliud quam manifestare patrem satagit. Spiritus imperij humani, quanto est à grauioribus, tanto est uehementior: ut quum iacitur terra, aqua, aer, ignis. Hic enim in se nullo modo patet, maxime uerò urgetur iactu terra grauissima iusta proportione delibrata. Ideo uehementiam motuum ex ordine naturæ accepit spiritus, uehentissimum motum per spiritum in primo loco ponens: inde remissiorem, aut saltem quinib. coerceatur, uti ignis in uiuētibus. In ultimo loco posuit uocem silentem, & motum non motum: ut

dicimus de terra, quę nunquam sursum, semper nutu
 in seipsam, id est deorsum tendit. Nam licet Deus sit
 omnino imparticipabilis, & ad extrā immobilis, ta-
 men æterno in seipsum reflexu æternam gustat per-
 petuò & actuali motu fœlicitatem. Et ea de re terra
 uiuentium dicitur. Quum enim sit infinitus, ad ex-
 tra moueri impossibile est: quia omnia occupans, nõ
 habet quò pergat, aut distendatur. Quum autem sit
 perfectissima fruitione suę fœlicitatis, in se omnino
 assiduè reflecti habet: quod dedit terrę uim ut sic ha-
 beat. Hęc igitur æterna absis, aut sfera infinita, ut
 statim in sequenti capite in eius perigrata dicitur,
 essentia est, unde essentię omnis spiritus: sed om-
 nia in centro patris unit ad misericordiam, & dilatat
 omnia in ueritate absidis à centro ab æterno genitæ:
 & sic est unitas & ueritas, à qua utraque procedunt
 semidiametri ex centro & circumferentiã nati pro
 bonitate spiritus. Sic essentiã ab omni parte in se re-
 ducit Pater, eandem à cẽtro in circumferentiã undiq;
 manifestat filius, & utrunq; finem optimum ab utro-
 que iungit procedens spiritus sanctus. inde Chri-
 stus, inde angelus, inde homo. Hic spiritus si mobi-
 lis & participabilis esset, principium animę esset, &
 omnium spirituum: sed in Christo uoluit omnia actu
 inseri spiritualia, tam diuina quã humana. In hoc
 spirituum omnium promptuario reposita est tota do-
 ctрина illa angelica, quę in spiritali interpretatione
 legis datæ per angelos est à maioribus tradita ore te-
 nus: quorum fragmenta multa ad nos usque delata
 sunt, & omnis ueritatis testimonium confirmarunt,
 in decem nominibus diuinis, decem proprietatibus,
 decem orbibus, seu sferis, atq; finaliter in omnibus
 numeris

numeris denarijs legis. Quum autem Deus sit immobilis, ut supra, & sit opus his decem uirtutib. spirituum ad uniuersi conseruationem: opus est necessarium, ut illæ uirtutes aut spiritus, ut melius dicamus, sint actu in uno supposito, arbitrio & omnipotentia prædito. Nam si mentales tantum erunt; & non reales spiritus, nil planè in natura facient. Est itaque unus Christus solus, qui multiplicitatem suarum uirtutum in illa decem genera prima uoluit distingui. Sed clarius ista tradita sunt in Absconditis: reliqua in distinctione erunt in sequentibus.

DE DIVINA NATURA, AN SPIRITUS
dici possit.

INfinitudo facit, ut licet nil certius sciri possit, quam unam causam esse, quæ dedit esse mundo, nil tamen minus possit circumscribi aut definiri quam Deus. Extendendo itaque mentis aciem, quantum potest in uia capere, dicemus quòd Deus est infinita essentia, in infinita unitate, ueritate, & bonitate: aut infinita unitas, ueritas et bonitas, in infinita essentia. Et rursus: Deus est ens entium, in quo ab æterno per solam æquiualentiam delitescunt, & sunt, quæ sunt possibilità eius maiestati, quæq; in natura unquam fuere, sunt & erunt. Ad huius secundæ descriptionis, seu adumbrationis pòtius declarationem insistemus, eo quòd de essentiæ unitate, ueritate, & bonitate iam attigimus, quantum nouæ natiuitati mei Iesu satis est. Ut aut pateat facilè, an spiritus dici debeat, pro rei ueritate, sicuti pro appellatiõe & sacris & profanis scriptorib. cõmuni, de rerũ essentia primò dicemus ultimã & resolutã ueritatẽ, Quũ omnia
quæ:

quæ habent esse comprehensibile (quale omnia præter ipsum Deum & primam causam habent) sint necessario prius in mente quam in re: id est, prius in causa quam in effectu: necesse est, ut primum esse rerum omnium sit in aliquo primo, quod sit instar omnium: sed per solam habeat æquivalentiam, quæ de eius potentia sunt educenda. Sicut enim est omnino impossibile construere ædificium, nisi prius æquivalenter in artificis, aut redemptoris mente non solum illud, sed omnes illius partes fuerint in simili & æquivalenti essentia: sic nisi prius ab æterno in Deo omnia per æquivalentiam fuissent, quæ creata & facta sunt, nunquam possent creari, aut fieri. Quemadmodum igitur in una magna massa auri, aut adamante, materiae uel aliqua, quæ apud omnes in precio esset, sunt in summa sua excellentia, et perfecta optabilisq; essentia, omnia quæcunq; possent tanto precio comparari, & uendi, uel emi, & iure merito illud aurum per æquivalentiam dicitur illa omnia habere: sic etiã opus est, Deum opt. max. ante omnia habuisse, habere, & esse in æternum habiturum, mundum per æquivalentiam: hoc est, primum esse mundi, & perfectissimum. Verum in tam altis tenebris quod ad nos, est illa incredibilis claritas, ut nec angelus ullo modo possit ad eam accedere comprehensioẽ, in qua res minima mundi est infinita, siue infinita æquivalẽs. Sicut enim esset omnino impossibile homini, massam auri omnibus mercibus mundi, æquivalentẽ, ullo modo quod ad sui precium atinet æstimatione capere, nisi prius singulares illas merces, aut partim, aut in uniuersum cognouisset (indefinitum enim perinde atque infinitum incomprehensibile est) sic, nisi ad extrã diuina prouid.

providentia manifestasset, quæ ab æterno in sua es-
 sentia, unitate, ueritate, & bonitate abdita per æqui-
 ualentiam seruabat: nulla planè creatura, imò ne ipse
 quidem Christus potuisset (nisi uirtute diuinæ unio-
 nis in consubstantialitatem & concentricitatem, ut
 uidimus, redactæ) cõprehẽdere. Ab æternarũ igitur
 clarissimarumq; tenebrarum carceribus, & æterna
 æquivalentia, necesse fuit Deum opt. max. educere
 totam creaturam in alterum esse, aliquanto creaturis
 laudatricibus familiaris, in quo eadem per eminen-
 tiam & distinctionem essent, & representarentur,
 quæ in æquivalentia tantum erant. Et quia unus
 tantum Deus est, oportet ut unũ tantum creature no-
 mine omnium (nam frustra fieret pluribus, quod u-
 no potest absolui) sese uniuert, quæ non temerè aut
 fortuitò cuius diuinarum personarum uniretur: sed
 quum ad manifestationem distinctionemq; omni-
 um sit assumpta, necesse est ut persona in diuinis di-
 latans, & manifestans, qualis est filius, sapientia, uer-
 bum, aut sferæ infinitæ dilatatio, sit facta unum cum
 hac creata sapientia compositum. In spiritu itaque
 Christi, qui primus actualis & uerus spiritus est, to-
 ta mundi machina est ab æterno, & ante secula posi-
 ta eminenter, de qua ratione cantat autoritas: Ab
 initio & ante secula creata sum. Hic reuera est ille
 Deus, de quo tam in sacris quàm in rationalibus lite-
 ris tractatur, in quo reuera Deus est spiritus, quum
 ob diuinitatis immobilitatem nullo modo spiritus
 actu sit Deus. Quod enim agit spirando, potentia-
 liter agit, & quandoq; remisse, quandoque intense,
 ut in effectu omnium indiuiduorum patet. Atqui
 intensissimus actus primus sit oportet, & omnibus

motibus æquiualens, licet nullo planè feratur. Si enim tantum unum motum Deus in actu haberet, cæteros in potentia tantum seruaret, & ruerent omnia. Secundum igitur esse rerum omnium, non tantum in æterna sapientia, sed in creata sit expressum oportet, antequam ullus angelus in Dei cognitionem posset uenire. Quum itaque frustra fuissent angeli in esse apud incomprehensibilem Deum, sine illo per quæ diuinam laudant maiestatem, opus fuit ante omnes ipsos creari hunc uniuersum spiritum, in cuius loco posuere argutuli homines lumen gloriæ, per quem laudant & uident angeli & homines Deum: in qua intentione inseri boni uiri Christum negarunt re ipsa, licet uerbis aptis confessi sunt. Ipse enim est lumen gloriæ uerum, in cuius lumine uidemus omnes lumen. Solus enim filius, qui est actu in sinu patris, sicut aqua in terræ sinibus, reuelauit non tantum nobis, sed ipsis angelis. Solus enim non reuelaret, si angelus absque illo apprehenderet. Quicquid enim capit & uidet angelus, reuelare potest. Atqui nemo nouit patrem, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Pater enim ex æterni decreti proposito trahit bene, sed non prius ad se, quam ad filium. Hæc sapientia creata, & uerus Dei filius est uerbum, non tantum Deus, aut diuinum, sed apud Deum: Apud enim notat additionem ad rem. In eo sunt omnes sapientiæ & scientiæ thesauri reconditi à patre. Est enim non tantum sapientia, sed scientia æterna: ut sapientia quidem, increatum uerbum est: ut scientia uerò, est creatura. Sic enim notant uerba sofias & gnoscos in Paulo. Hic est Deus à filosofis cognitus, quum summum apprehendere se putarint, Nam Deus filosoforum necesse habet ut mouea-

moueatur applicatiua ad res ipsas uirtute: aut ut faci-
 ant naturam per se mobilem, & sine Deo assurgere,
 quod est falsissimum. Sed intermisso Christi ne-
 gotio, ad applicationem essentiae uariae cognitioni,
 quam de diuinis personis possumus in uia habere, fe-
 ramur. Licet enim Deus sit omnino immobilis, &
 particulari uoluntate, & applicatione: possumus ta-
 men quadam similitudine quatuor illis transcenden-
 tibus applicare omnes essentiae differentias. Quod
 sit essentia diuina aequiualens omnibus entibus, pa-
 tet satis. At ipsa unitas quae Patris loco est, uniens sin-
 gula ad principium sui esse capiendum, eminere fa-
 cit ipsa per esse nouum. Verum quum non sit satis
 unitiue habere suum esse, ut in centro uitae rerum
 omnium patet, sed opus sit res secundum suae na-
 turae molem dilatari in iustum augmentum: opus
 est, ut sub ueritate sapientiae aeternae potentiale esse
 & circumscriptum post aequiualens & eminens ac-
 cipiant. Ne uero sint frustra illa tria, in suum esse
 reale cum digito Dei ueniant in sua bonitate, neces-
 sarium est. Ex uirtute itaque Dei esse aequiualens,
 eminens, potentiale & reale omnia accipiunt. Sed
 quum sit immobilis & imparticipabilis Deus, &
 natura per se manca: opus est spiritum a trium per-
 sonarum unitate emanari, qui Deo unitus in per-
 sona hoc faciat, quod diuina potentia per suam
 excellentiam non potest. Impotens enim frequen-
 ter magna propter suam excellentiam potentia red-
 ditur: ut si quis esset uniuersi mundi rex, non pos-
 set facere, quod quilibet sub eo priuatus posses-
 sor: ut uidelicet fines sui imperij transiret, aut au-
 geret. Spiritus hic Dei, est Iesus, moueri potens, qui

omnia illa actu obuiuit munera, quæ spiritui sancto, tertie personæ sunt hæcenus ignoranter attributa. Spiritum sanctum enim impossibile est moueri perinde ut patrem & filium, multo absurdius esset quod spiritus quibusdam ignis aut animalium uestiretur. Semper enim & ubiuis adest, sed spiritus creatus non item. Sed quum de diuinitate non nisi per Christum possimus loqui, ad naturam spiritus exponendam, specialiter transibimus, Christi quoque attingemus mysteria.

DE SPIRITU ET SPIRITUALI

natura in speciali.

Quoniam differens in singulis quatuor elementis uideatur actio, non potest dubitari, quin quadruplici spiritu hæc agitetur moles. Nam disgregando & uniendo agit ignis uirtute calidi & sicci. Disgregat impotentius aer, sed suo humido penetrat, librat et cogit. Aqua humido ligat, sed suo frigido densat. Terra sicco suo & cogit, & dissipat, & frigore densat: quæ binæ in singulis uirtutes, quum assidue & uicissitudinarie agere uideantur, externo spiritu agi necesse est: qui & illam in agendo suppeditet assiduitatem, et uicissitudinem similiter actu coniunctio conferat. Hinc uidetur quoddam arbitrium & delectus sapientissimus in elementis, qui a materia illius natura non potest nasci. Nulla enim mens angelica aut humana posset sapientius combustibilia deligere, quam ipse ignis: imò ab ipso igne didicimus seligere illa, atque inde in ruinam tormentorum ad ignem euomendum traduximus. similiter leuia ad delibrandum uerius cognoscit aer quam homo, pariter humectabilia aqua, sic & densabilia terra. Iam diximus supra de hoc spiritu, quomodo eius proprietates est in Deo
quæ.

quadruplex, in consideratione unitatis in trinitate:
 & demum in Christo quadruplex, ubi fit mobilis &
 applicatiuus, quod in Deo esse non poterat. Sed re-
 spectu quatuor elementorum sunt quatuor genera
 spirituum: spiritus Dei immobilis, spiritus Christi
 mobilis, spiritus angelicus sine substantia separata, &
 spiritus humanus. Sunt quatuor ista uniuersi prima
 elementa in spiritu, sicut sunt ista inferiora in mate-
 ria, & anima ab eius harmonia elici solita, secundum
 genera & species rerum. Duo semper sunt tanquam
 opposita duobus, instar grauium & leuium, licet in
 spiritu nec graue nec leue sit. Sed ab ipsis elementis
 patet, licet nullum eorum purum sit. Sicut enim ignis
 & aer suis uiribus deorsum tendunt, ille cum aqua,
 hic cum terra ad formandum res ipsas, quum tamen
 eorum natura sit trahere sursum: sic Deus & Chri-
 stus suas uires deorsum ad materiae suscitationem e-
 mittunt: quum tamen omnia finaliter uelint in subli-
 me ad se trahere. Sicut autem terra & aqua assurgit a sua
 grauitate ad ignem & aerem causa indiuiduorum,
 quum tamen sit utriusque proprium & nutus deorsum
 tendere: sic natura angelica & humana, ut habeant
 suae essentiae perfectionem ad Deum et Christum at-
 tolluntur, quum tamen sit eorum nutus ad sui esse na-
 turam inferiorem attrahere Deum & Christum, cuius
 amplexu perpetuo beentur. Sed sicut uidimus in
 elementis esse quater quatuor partes eorum, ita ut sin-
 gula in singulis essent: sic etiam in natura spirituum
 est. Nam quatuor transcendentis sunt in Deo, ut ui-
 dimus. Eorundem demum spiritus totidem in Chri-
 sto. Sed quum sit non tantum natura, sed gratiae po-
 tissimum minister: sunt alia quatuor in eo consideranda

diuinitas, spiritus, mens, & anima: quorū duo prima
 in se habet trahentia sursum, duo alia in membris ten
 dentia deorsum in angelica & natura humana. Licet
 autem sit angelus simplicissimus, tamen etiam suo
 modo respectu uniuersū habet formam suam angeli
 cam à Deo: instar autem materiae, suam distinctionē
 & unitatē, qua ab omni alio distinguitur, à Christo:
 suum ex utroq; compositum, ipsum Christum respi
 ciens, & demū suā proprietatē, quę in particulare bo
 num humani generis respicit. Sic & nos constamus
 spiritu, mēte, anima et corpore in unū suppositū quā
 diu uiuimus reductis, sed latē post mortē separabili
 bus, ita ut sit unicuiq; partiū sua integritas, donec per
 restitutionē omniū solida fiat, & nunquā separabilis
 unitas. De hac soliditate spiritus & animæ, sicut &
 corporis, docet orandū Paulus, ut integer & anima
 & spiritus & corpus in aduentu Domini nostri Iesu
 cōseruetur. In impijs enim & dissolutis sunt omnia
 dissipata, & nil integrum. Esse autē spiritū principium
 rerū omnium, decretis primorū filosoforum constat.
 Aiunt enim, quod spiritus est principium animæ, & in
 strumentū intellectus. Supra mentē itaq; esse spiritū
 in homine constat, eo enim tanquā in suū finē instru
 mento, & sursum & deorsum tendit intellectus, qui
 & mens. Tendendo sursum (ut melius norunt ueri
 theologi, id est, uerē pij & spirituales homines) ad
 hoc ut adherendo Deo per spiritū unus spiritus cum
 Deo comprehensibili efficiantur: deorsum autē ten
 dendo, ut in animæ partibus ad uires corporis exci
 tandas: quales sunt omniū uitæ partium spiritus, sic à
 medicis uocari soliti, sed ad rem nostrā nō faciūt. Sūt
 enim inditi spiritus in trib. potissimū locis materiali
 bus in semine ad esse, in corde ad uiuere & moueri,
 in ce

in cerebro ad moueri et sentire: illa res est in corpore calidissima, quã sequit̃ sanguis, &c. Sed uerior intentio filosofi est, quod sit spiritus superius animæ principiu. Coelitus enim omnes spiritũ cõcipimus, donec ex omnib. redeat ad Deũ qui dedit illũ. Hinc fit ut sit hoc uerũ cum eo quod dicit Solomõ, quod hominis & iumentu est idẽ interitus. Anima enim quæ in sanguinis uersat̃ medio, ut bene et uerẽ docuit Galenus, pro hac significatiõẽ instar brutorũ moritur, quoad per restitutionẽ inseparabiliter suscitata, suscitato reuariat̃ corpori. Hic est spiritus omnium nostrũ in nostro lesu actu positus, sine cuius actu & præexistẽtia ipse Adamus esse nõ potuit, multo minus ad momentũ spiritualiter uiuere. Hinc fit ut Paulus uitæ nostrę perfectionẽ in assumptione spiritus Christi ponat. Si enim quis illũ spiritũ nõ accepit, hic non est eius. Hic spiritus postulat pro nobis ante immobilẽ Deũ gemitib. inenarrabilib. clamãs nostro nomine Abba pater. Per peccati malitiã nõ remansit spiritus in homine, quia caro est: cuius cor pronũ est ad malũ iam ab ipsis incunabilis. Spiritus aut̃ ille est spiritus oris nostri, Christus Dominus, qui assidue respirato aeri se pro uita nostra infundit, donec illi placeat sese subducere, et nos in somno relinquere. Inde aut̃ factũ est quod substantia uera, & prima rerum actualis essentia sit spiritualis, & nulli exteriori sensui obnoxia, quum tamen illius sit particeps tota interior nostra natura, ut in decoctionibus primis, deinde in attractione, retentione, aptatione, seu coctione secundaria, & singulis partibus apta, & in reliquis ubi ad eius delectũ interiores illi spiritus in natura latentes, quasi palpando ueluti affines fiunt sapientissimi. Fit enim intra corporis tenebras delectus ille certius, quam

quàm ullis oculis aut sensib. possit cerni. Licet enim dulcia omnia tanquàm quæ in spiritu ignis & aquæ cõueniunt, utpote in calido & humido posita deligant naturaliter à gustu: sunt tamen multa admodùm in illis nocua toti corpori, et in primis uētriculo, cuius spiritus plerūq; amaris gaudet: aut saltē refocillat ut communiter, quod in hiera picra & absinthio patet. Præstantissimū esse materiale illud est, omnino sensus exterioris fugiens, et media inter formā materiāq; uia ad sui manifestationem incedens. Porro quia solius huiusmodi substantiæ propriè dēfinitio est, notatur esse uerā essentiā rerū ab æterna ueritate impassibili procedentē. Instar enim ueri Dei, & spiritus eius in Christo positi, impassibilitatē huiusmodi substantia capit: estq; si possemus ita loqui, materia spiritalis, aut corpus spirituale, quale omnino putamus fore olim nostrū, quū inseparabile nobis restituet. Ut autē clarius pateat, est quasi piperitas omnium granorū cuiuscūq; piperis, quæcūq; sunt in mūdo, cuius gratia solū emittit piper. Nam alioqui bacca iuniperi sicca non sunt colore dissimiles admodum. Licet enim grana piperis mūdi diuidant, tamē sibi similis semper ita manet illa punctio, ut sit indiuisibilis, & totā se det in minima, sicut in maxima parte. Hoc idē de melle & de cæteris gustabilibus & cibis iudicare licet. Totius itaq; naturæ fructio in corpore sub hac spiritali substantia patet, ubi Christus etiā ignorantib. se naturaliter participandū prebet, donec omnes nō tantū in natura eius spiritui unita illum participēt, sed in sacrosanctis eius sacramētis eulogijs adorēt & capiāt ab omnia rerum fece segregatū, & solius panis uiniq; uelaminibus uestitum. Sed de hoc suo loco.

DE his quæ asserere potuit Aristoteles in natura animæ, nil unquam uerius dixit, quàm quod de mente sequitur. Restat igitur, ut mēs sola extrinsecus accedat ad naturam humanam complendam, eaq̃ sola diuina sit. Nil enim cum eius actione communicat actio corporalis. Constat itaq̃, esse quoddam anima superius in nobis, qd modo mēs, modo animus, modo intellectus uocatur. Statim uerò semini concomitanter adest, in uniuerso semper incubans quoad omnibus participetur indiuiduis humani generis. Expressius aut̃ dicitur intellectus agens à filosofis, à theologis autem lux uera, quæ illuminat omnē hominem uenientem in hunc mundum. Est enim in nobis una lux reuerberationis obscura, ab ipso corporis surgēs temperamēto, quæ anima dicitur à theologo, à filosofo autem intellectus suppositus agentī, qui & possibilis dicitur. Ille facit omnia, hic fit omnia. Ille mas est, hic femina; ille sol, hic luna: sed de hoc postea. Porro sicuti est una sola prima substantia immobilis, ex qua per mediam mobilem & immobilē omnis motus est: sic omnino instar omnium & nomine omnium unus est solus intellectus agens, in quem resolui omnes intellectus particulares oportet, postquam hic in corpore fuere cum medio animæ, quemadmodum semper adest omni generationis humanæ principio. Hoc uerò est apud filosofum, quod est apud uerum theologum uita aut mens Christi, per quam in Christo post mortem dormimus; ita ut totus sensus noster sit in dicto intellectu, aut mēte, animo uel, nec in nobis prius simus per nos sensuri, quàm nos denuò ita reformari, ut in æternū adhæreat anima cum animo & mente. Se-

te. Secundum hoc est elementum uitæ humanæ, licet ignis non sit in sua sfera, aut alibi, nisi per appositionem exhalationis, aut combustibilis materie, quod arguit etiam spiritum Dei, qui nostro omnium nomine in Christo est repositus, non habere locum in sua sfera, sine euaporatione quadam superioris partis animæ, quæ in loco aquæ est. Opus est enim, non ab intellectu solum, qui bonis perinde et malis datur, gratiasque gratis datas adfert quandoque non minus malis quam bonis, suscitari spiritum; sed maxime ab ea parte nostri quæ à nobis trahit originem, inque arbitrio nostro est: quales sunt effectus charitatis & amoris, quorum principia secundum naturam bruta sentiunt, sollicitari, uerum duce spiritu, coronidem illis principijs imponit spiritus Christi. Sicut autem ignis in aqua exercetur ad compositum naturale excitandum, aer autem in terra; sic etiam spiritus non in proximum agit, sed in tertium, id est, animam. Mens autem, seu intellectus, sequitur palpabilem corporis naturam. Est enim loco corporis terra, pro anima aqua; unde sancta repurgatur aqua, instar aeris intellectus, & pro igne spiritus. Vnde quum in unum reducatur in natura ignis & aqua ad principium uitæ naturalis, sic opus est, ut iungatur spiritus & anima pro exordio uitæ spirituales. Sic sunt ista connexa, ut de illis seorsim uix possumus dicere: sicuti in compositis ita sunt elementa quatuor unita, ut de uno seorsim non liceat ratiocinari. Satis est mihi, quod nunc mundus hanc ueritatem in microcosmo cognoscat, quod instar ignis, aeris, aquæ & terræ est in singulis hominibus spiritus, mens, anima & corpus, per magis & minus excellendo secundum bilem, sanguinem, pituitam & melancholiam; quibus
cum

tum omnib. est summa cum prædictis humanæ naturæ partibus affinitas & auxiliū, usq; adeo ut princeps theologorū Paulus dixerit iure merito, spiritū nō esse extinguendū; id est, naturā humanā à suæ inclinationis tramite nō esse dimouendā, sed ad diuina opa quā tamuis naturæ uehementiā aut torporē esse traducendam. in qua re uehementer est quū à toto humano genere, tum maxime à Christianis sub pietatis prætextu peccatū, dum boni prætextu sæpè in ruinā foelicia trahūt & præcipitant ingenia. In nostra porrō mente & intellectu semper intelligimus in potētia. Licet enim nō recipiamus, tamē semper ita agit in suū intellectū passibilē aut receptiuū, ut etiā puerorū angeli semper uideāt faciē patris. Mediante enim spiritu Christi, nobis omnib. præparato, concipit mens unīta subiecto suo, instar angeli. Vnde Iesus docēs quāti sit apud eū creatura humana, aut natura, aut uoluntate parua & simplex, dicit certō angelos talium semper uiderē faciē patris. Vbi angelus reuera pro mēte & intellectu est. Preterea quū uult summū nostrę perfectionis scopū mōstrare, dicit nos fore equales aut similes angelis Dei, de quorū speciali salute ideo in sacris nil tradit, q̄a finaliter in nobis eorū natura beatificat. Vnde est inuidia satanę, & cōtra Christū bellum, eo q̄ ita ab initio statuerit, ut maluerit hoc animale in nobis ab elementis natū, fieri olim spirituale, q̄ qd erat proximū & intellectuale, in eū per se gradū ante animā faceret: ita qd de sola præeminētia humanę naturæ in angelicā, dolet cœlo pulsa pestis. Et naturaliter sic est. Quia sic finaliter Deus Christus angelica & humana natura nobiliori sua parte trahens inferiorē, facient ut æternum sit compositum; sicut corruptibile faciunt ignis,

aer, aqua, terra, quibus reduplicant elementa cœlestia uirtutem ad hoc, ut sensim ex materialibus æterna in homine beato fiant. Has autem humane animæ partes separabiles, nil mirum est ab ecclesiæ membris incognitas originaliter actiue & finaliter fuisse, licet de singulis innumera sint uolumina scripta, quum certi nihil de animæ ipsius quatenus inferior pars est, sit diuinitus traditum. Eleuari uerò & in hac consideratione, & in multis alijs posse diui Thomæ autoritatem, quem pro summo recentiorum theologorum facile habeo, nil mirum: quum in porta ueritatis errauerit pueriliter, asseuerando sensus exteriores sentire se sentire. In huiusmodi autem obscuritatis naturæ tractatione magis de autoritate filosoforum, quam de sacra decisione (quam nullam ad hanc diem esse in ecclesia Deus uoluit) resolutiones uerò similiores quandoquæquam ueras elicit. Sed nil de tanto uiro mirum, quum ipsi Apostoli bonam partem eorum que dicebat & dicere habebat Iesus, non possent tunc ætatis capere. Nec uerò satis mentis naturam concepisse etiam Petrum ipsum, diu post acceptum uerbo, flatu, aqua, & igne spiritum sanctum, arguit, quod in ipsis baptisatus Cornelium adhuc peccabat Christianismi principijs, et se unum Iudæum adhuc credendo, dicendoque, & ad solos Iudæos doctrinam Christi pertinere iudicando. Eius ad nos usque durauit ætas, in qua nos singulis ætatis momentis multa ignorasse etiam in summis uiris, nil mirum, quum ipsius Christi selecti auditores in rebus facilissimis sæpe sint hallucinati, non intelligendo quæ dicebantur. Hoc ipsum contigit auditoribus Moysi, & deinde toti ætati, ut signaculum fidei & peccati argumentum putarint ad remedium esse, ut nil aliud super-

superesset. Messiaë quàm uictoria mundi sensibilis,
 quum tamē nulla præter illum potentia ualeat oppo-
 ni satanæ per legem peccatum argenti. Sed mentis &
 animæ distinctio in præcipuo sacrorum loco, ubi de
 Dei dilectione agitur, est posita, quum ait Dominus:
 Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo,
 & tota anima tua, & tota mente tua, & totis uiribus:
 in qua sententia corpus, anima, mens & spiritus sunt
 consideranda. Nam quatuor tota sunt, quæ per se in
 hoc stant quod tota sunt, nec tantum sunt in mentali
 esse, sed in reali. Sicut enim negari non potest, cor esse
 unum totale, ut sit etiam in corpore ab anima seiun-
 ctissimum, quodq; esse omnino differens actu ab ipsa
 sit: sic & uires sunt aliquid per se tanquam à corde ani-
 ma & mente elicited, et omnino separabile, quod pa-
 tet in illis quib. socordia aut morbo extinctus est spi-
 ritus. Quum autem duo extrema sint tota, primum
 separatum cordis, uidelicet amor nobis et animalibus
 brutis communis: ultimum uerò, id est, uires, separa-
 bile per quamcunq; ineptitudinem: (uires enim sunt
 perinde ut spiritus) opus est, quum de uno quàm alio
 non sit maior ratio, ut mens etiam sit aliquod totum
 ab anima distinctum, aut saltem disingibile, sicut à
 spiritu aut uiribus per non usum, aut ab usum separa-
 ta uidetur. Ista est tam diu quesita differentia inter ani-
 mum & animam, inter intellectum agentē & patientem.
 Facit enim omnia in omnibus opera angelica le-
 sus, influendo rebus omnibus distinctiones & notio-
 nes, quod est apud nos intellectus agens. Fit autem
 omnia anima nostra tanquā possibilis intellectus, in
 quo finaliter omnia creata esse præstantissimum æter-
 numq; sunt cum incorporatione Iesu acceptura, quū

fient omnia unum, & unū fiet omnia. Sed statim de hoc inferiori ubi concluderimus, Quod summæ duæ istæ uirtutes nos in sublime subuehūt, spiritus instar ignis ad amandum & completè distinguendum omnia in Deo, mens autem instar aeris ad delibrandum omnia in terra nostra, & demum ad spiritū illum sanctum, qui Deo nos actu unit iungenda, quæ per sensuum organa acquisierit, mediante anima suis partibus ornata.

DE ANIMA.

MAgis tritum quæ cognitum animæ uocabulum, ideo late patet apud innumeros scriptores, tam sacræ quæ profanæ scripturæ interpretes, quod ad hanc diem nulla uera solidaque fuit eius apud nos acceptio. Vnde necesse est rationi tam prædictæ quæ subiungendæ autoritatē irrefragabilem adiuuere, ut basis à spiritus sancto posita sit firmitior. Nisi uarij interpretes contorlissent dictū Mosis ad suas opiniones, quo dicit, Anima in sanguine est; illa poterant satis esse ad originem demonstrandam, ut uidelicet anima quidem sit in potentia in semine, sed non prius in actum seipsam mouēdi ueniat, quæ in embryone sanguis fiat. Ea enim nil aliud est quæ potentia seu harmonia corporis physici, organici, in potentia uitæ habentis. Vbi uerò perit harmonia, desinit anima. Sed ab eo loco ecclesiæ sincera ueritas petenda est, ubi nunquam Aristotelis autoritas fecit fidei articulos. Sunt duæ ueritates in loco articulorum fidei in ecclesia Aethiopica, ex quibus una probatur, animam, sicut & corpus, esse ex traduce. Prima est, qua uocant Christianorum filios semichristianos, ex eo quod sint ex illis nati parentibus, quibus iam diuinitatis sui, id est anima erat reparata, & per baptismū
ita

ita mundata, ut in posteris nil uitij habeat, licet a patre in filium decisione transmittatur. Trahūt hanc sententia ex uerbis Pauli, ubi ait, nō sua, sed ipsius Iesu Christi autoritate: Ego dico, non Dominus (diuina fretus autoritate) si quis frater uxorem habet infidelem, & hec consentit habitare cum eo, non dimittat illam: & si quæ mulier uirum habet infidelem, & hic consentit habitare cum ea, non dimittat uirum. Sanctificatus est enim uir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem. Alioqui filij uestri immundi essent, nūc autem sancti sunt. Hoc ultimum clarum est, quod filij nati aut ab utroque parente, aut ab altero tantum sunt sancti, non sanctitate corporis, sed sanctitate animæ. Nam quamdiu sumus mortī obnoxij corporeæ, tamdiu sumus pro restitutione carnis baptizandi, licet a parentibus sanctissimis nati. Clara est litera Pauli, quod filij fidelium sint sancti per animā, quum per corpus non sint. Adducunt aliud argumentū de Eucharistiæ participatione, unde idem sequit̃. Quare manifestum est, qđ anima est a traduce utriusq; parētis. Sed magis urget qđ in articulis fidei habent: Quod ab anima Adami non tantum sunt omnes animæ peccatorum, sed etiam ipsius Christi, pro qua etiam ipse ad inferos descendit, licet illam unione uerbi & mentis inundasset, ut eadem ipsa atq; ceteræ per omnia experiretur. Et reuera nil est rationis, quum uirtus formæ absolutæ sit nō tantum in omnibus seminibus, sed etiam in plantarum traducibus, aut quibuscūq; propaginibus abunde transfusa, quin hoc ipsum sit in omnium animantium principe. Est unus bonus uir hac tēpestate, qui facit instantiam cōtra hoc quod sequeretur, quū multa
 semina

semina sint quæ irrita maneant, aut quod illa sit mor-
 talis, aut quod nullum semē maneret irritum. Sed nō
 cogit quicquam. nam forma & anima tritici est per in-
 de in lingulis granis quī molūtur, ut in seminatis. Est
 enim in potentia prius quā in actu. Quod moriatur
 nil tunc mirum, quum in morte unā cum corpore in-
 tereat, quoad suscitetur. Nam per mentem suam in
 Christo uiuit, & mediante spiritu in Deo. ideo in re-
 surrectione uidentur prius animæ decollatorū susci-
 tate, quā corpora, in Ioanne Christi secretario. Et
 ista est ratio, quare in prima creatione Adami, licet es-
 set factus ad imaginem & similitudinem Dei, nullo
 modo animæ, aut animæ uiuentis in ipso Adamo fa-
 cta est mentio: quia quod erat periturum, non nume-
 rauit scriptura. in secunda autē creatione, facta in sab-
 bato sub nomine ineffabili, cum Christo unito noster
 Elohim non tantū dat illi Deus spiraculum uitæ, sed
 facit eum in animam uiuentem. Hæc est ratio, cur san-
 guis Abeli, & non anima, clamat ad Dominū de ter-
 ra: quia sparso sanguine manet quidē humor, sed pe-
 rijt harmonia illa in potentia uitam habens. Nunc e-
 nim recipiemus, sicut & mentē immortalem semper
 habuimus in Christo dormientem, sic & animam im-
 mortale: quia uirago illa mater nostra, post peniten-
 tiam suam dicta est mater omnīū uiuentium. Quum
 autem uno consensu omnes philosophi & medici uerissi-
 mum esse hoc ita dicarint, & sit in una ecclesia contra-
 rium in dubitatione, in alia autem idem in prima ue-
 ritate & fidei articulis, opus est ut spiritus sancti ueri-
 tas omnino rationi consentiat. Nam et naturalis & su-
 pranaturalis ueritatis est autor Iesus. Omnes uerita-
 tes catholicæ inconcussè hoc modo manent. Ea una
 culpa

culpa quod sui ignis spiritū semel in Adamo receptū
 nō retinuit ista nostra aqua, id est anima propriè, nō
 potuit ad hanc diem facere temperamentum ater-
 num: & ideo ipsa aqua cum terra deorsum ad hanc
 tendunt diem moriendo, quum spiritus & mens re-
 deant ad Deum & Christum, qui dedit illum. Hæ dif-
 ferentiæ spiritus, mentis, & animæ, sunt in una perio-
 do recitatae in sabbatho Adamī apud Mosem. Est e-
 nim nefes, nisimah, & haïm: id est, anima, mens, uita,
 quæ pro spiritu reuera ponitur, ueluti à quo est om-
 nis uita. Primo dicitur quod inspirat Deus spiracu-
 lum uitæ, & fit Adam in animam uiuentem. Nam ni-
 si denuò emittat spiritum suum, non creantur, nec re-
 nouatur facies terræ. Cōstat inter omnes, quod nefes
 sit anima, quæ in se mortua ante hanc recreationē nō
 est facta uiuens in homine, quū in ceteris animantib.
 & plantis sit absoluta à principio quantū potest. Di-
 citur autē tanquā cognatio, seu parentela, quia est de
 cisa à parētibus. Quidā uolunt ruah & uerā uitā esse
 in medio, & flatū spiritus diuini in summo esse. De
 reb. & ordine satis cōstat. De uocib. alibi diceñ. Satis
 est, quod in trib. his & sacrae & profanae literæ cōcor-
 dāt, discordent interpretes quantū uelint: una est sen-
 tētia, quod paruus mūdus cōstat spiritu, mēte, anima
 & corpore, ut in se hæc quatuor elementa sub quin-
 to diuinitatis elemēto in suo cōposito retineat, sicut
 iste mundus sensibilis sua quatuor sub uno cœlo reti-
 net. Sic Deus, Christus, angelus, homo, suos in se sin-
 guli quaterniones habēt, qui sunt quater quaternio-
 nes militū corpus ecclesiæ in Petro cingentiū. Om-
 nia Deus, omnia Christus, omnia angelus, omnia ho-
 mo, Sicut Deus & Christus unū sunt, sic unus homo
 m & an-

& angelus seu mens fiat, & tandem Christo omnino
 uniatum oportet. Duo sunt infra, duo supra, angelus
 medius: quatuor creata infra, unum increatum supra. V-
 num corporale infra, corpus uidelicet, supra se qua-
 tuor habet spiritualia. Sic in tribus considerationibus.
 reperimus uniuersum, ita ut Christus & Deus sit inse-
 parabilis, sic anima & corpus. Sed inferiora non nisi
 per superiora uiuunt. Vnum tantum nobis deest, ut spiri-
 tus animae & mens corpori sano adsit, ut sub Deo in
 Christo omnia fiant, et sic omnipotens sit sub omnipo-
 tenti Deo creatura humana, innumerosque illi mundos
 isto perfectiores condatur, de quibus illum in eternum laudet.
 De natura corporis eo quod omnibus sit nota, non de-
 creui tractare, quum eius sensus sint instar portarum &
 fenestrarum, quibus non res ipsae, sed accidentia rerum tantum
 intrant, & supposita illis substantiae iudicium transmittunt
 ipsi animae, quae est instar omnium, tanquam rex in arce per
 internuncios quae extra fiunt recipiens. Quum enim
 nullus sensuum se sentire iudicet, & corpus ipsum sensi-
 bile, & quae illi obuia quocumque modo esse possunt,
 sint accidentium indumentis tanquam spectris uelata, om-
 nia illa seclusis nouem accidentium summis generibus in
 uerae realisque substantiae contrariorum susceptibilis et au-
 geri minui uel impotentis consideratione transferemus.
 Caro enim non prodest quicquam, ut caro est: sed spiritus
 est qui uiuificat. Ideo finaliter fiet in nobis spirituale,
 quod est animale, nedum quod est corporeum. De sub-
 stantia ista sine suis accidentibus, sicut de forma sine ma-
 teria, aut contra iudicare non possumus: licet, ut dixi-
 mus, partes eius in alimentis praecipue, & usu nostro
 sint omnino corporeae, et insigni quantitate. In hoc autem
 differunt substantiae, quod quaedam sunt spirituales & pri-
 ma, non nisi mente comprehensibiles: aliae sunt inter cor-
 poreae

porea & incorporea mediæ. nō tamē uti mathematī-
ca materiā, sed incōprehēribiles, quoad sensum, et in
hoc sequunt̄ formæ & spīritus naturā, cōprehensibi-
les aut̄ quoad applicationē & effectū bonī materia-
lis in se latētis. Materiæ enim bonū perinde ut forme
est insensibile exterius, sed nō interius: quod quum
in toto nature usu, sed maximē in ipsorū alimentorū
appositione cernitur à stomacho, hepate, corde, ue-
nis & partibus nutritis.

DE NATIVITATE SEV ORIGINE RE:
rum omnium multiplici.

QUum nobis hoc sit propositū, ut ueritatē ab in-
feriori & à superiori uenemur, & iam per ele-
mētōrū & rerū particulariū naturā in suā causam per
modū epagoges ascenderimus: demū cōtrā à cœlesti-
bus in inferiora descendimus, naturā rationis secun-
dę, siue syllogismi sequuti: opus est secundū res ipsas
ab origine sua deductas, denuò generalī cōsiderati-
one ad æternæ ueritatis manifestationem insistere.
Nam hæcenus quod res sint, uidimus: uerūm lōgē
maior lux ex originis singularū cōsideratione, quam
à simplici essentia oborietur. Iam suprā uidimus esse
Deū, Mediatorē, angelosq̄, seu substātiās separatas.
Scimus esse cœlū, elementorū molem, res ipsas, & in
fine naturā humanā tanq̄ uniuersi imperatricem, ut
cuius gratia præcedētia omnia sunt: ita ut sit Deus ip-
se obligatus & obnoxius nobis ex æternę suę uolūta-
tis pacto nobiscū ante omnia sæcula inīto. Prius enim
in mēte fuit quod extremū in opere est. Si enim est e-
quū pacta etiā à maximis cū minimis seruari: imò sit
tāto iustius seruari, quanto maior est qui promisit, &
minor cui promittitur: multo magis debet pactū su-
um cum humana creatura seruare Deus, licet rerum
m 2 progressu

progressu sit ab eo distatissima. Orta esse omnia in
 Deo per æquivalentiã, in sapiẽtiã creata unita ipsi in-
 creata per eminentiã, et in substãtijs separatis per po-
 tentiã & limitationẽ omnium iam uidimus. Sic Deus,
 spiritus eius & mēs uniuersi, omnia formaliter in his
 tribus dieb. nobis quidẽ nõ nisi per quartæ diei solẽ
 uisibilibus crearunt in æterna luce firmamẽto & ter-
 ra aquis spoliata. Sed nil iuuat res ipsas in se, nisi etiã
 realiter sint & actu materiali. Nam sui sensum nõ ha-
 bẽt in æquivalẽtia, eminentia, potẽtia: sicuti possessio
 nil iuuat, ut sit æquivalens seu mentalis, eminens seu
 uerbalis, & in potentia siue instrumentalis, donec in
 rem presẽtẽ eatur, resq; representet actu. Realitas
 itaq; siue materialitas rerũ quarto in loco sit oportet:
 sic tamẽ ut eodẽ ordine in materiã sensim ueniat, si-
 cut triplici gradu antẽ fuit. Realitas itaq; seu materia
 litas omnib. æquualẽs est in cœlo, magis eminẽs in
 elementorũ mole, sed maximã sui potentiã ostendẽs
 in sui mole & essentia, quoad suũ uerũ & finale perfe-
 ctissimumq; esse in intellectu humano res capiant, et
 in usum humanæ naturæ per cõsummationẽ ueniãt,
 & sic uitã æternã acquirere ualeãt, pro cuius adepti-
 one omnis creatura ingemiscit & parturit usq; ad-
 huc: nõ solũ aut ipsa, sed & nos eius imperatores pri-
 mitias spiritus habẽtes, et ipsi intra nos gemimus pro
 adoptione nostra, expectãtes redemptionẽ corpo-
 ris nostri. Primò in æterna luce omnib. æquualẽti in
 diuinitate sumus creati, ita ut sint secundũ literam sa-
 cram singularũ rerum quatuor luces ante diẽ, & una
 quinta in die Christo luce uera. Quũ dico sumus cre-
 ati, nomine uniuersæ creaturæ mihi suppositæ, & à
 Deo traditæ loquor, Secundò per eminentiam in luce
 Christo

Christo uniuersi firmamēto, qui inter aquas latentes & patētes distinguit et coartat in suis naturis omnia, eminenter cū quadruplici firmitatis seu distētionis firmamēto, quatuor transcendentū spiritui mobili respondēte, ut in quinto sit cœlū ubi est ignis & aqua. nō solū aqua, sed ignis & aqua. Dicitur enim *Isaia* *maim es maim*: id est, cœlum, ignis, & aqua. Deus enim & Christus una in substātiarū separatarū natura uniantur, licet magis ad diuinitatis immobilitatem, quā ad Christi naturā accedāt. Sic est rerum productio emīnēs. At in potētia nascant̄ omnia die tertio opus est, tractis aquis à facie terræ. Sic stabilitas centralis & firma, diuinæ potētiæ immobili per omnia uolūtati obsequēs, subductis aquis perniciosis à suo cōsortio, quando Michael & draco in cœlo cōfixerunt, incepit per bonos angelos formare duo uegetabiliū genera: minimum, siue herbā: et maximum, siue arbores: id est, singularē formæ materiæq; distinctionē, in quarū potētia est cōstituta totius naturæ moles. Sicut enim omnis animantiū uita à uegetabilibus in sua duratiōe & mole acquirēda cōseruādaq; pēdet: sic exordiū primū rerū ab herba & arbore formæ & materiæ orit̄. Vfus uerò est parabola rerū quæ augēt, pro reb. quæ dant principiū, quū separatæ forma et materia nullo modo possint capi. Sic etiā prima gratiæ origo manifesta, ut potuit sine sole fieri, & uideri tertia die manifestata est, in q̄ sacrosancti pabuli sanctorū & finaliū animalīū posita per sacramēti & crucis originē tertia die manifestatā. Sed dies iste redēptionis, nō sex primorū dierū respectu, sed secūdorū gratia dicit̄, ut paulò mox patebit. Quarta porrò die geneleos rerū, est ipsa realitas manifestata in glo.

bo solari lunā illustrāte: sed tenuiter admodū, & per æquiualentīā cœlestī materiæ affinem, cuius sol den-
 sissima pars est. Globus enim ex forma materiæq; u-
 na positus cōpositus, potius æquiuālēter in prima re-
 rū originē materiali patet q̄ alio modo: tamen illius
 lucis uirtute per actionē et passionē disposita uniuēr-
 sum est in tēpora, annos, dies et menses dispositū. Si-
 ue enim numeratore intellectu, qui est excellentissi-
 mū in materiæ & formæ globo impositū, frustra et sol
 & luna suas periodos facerent. Tēpus enim nō esset,
 quod nō numeraret̄ à subtēporaneis. Licet enim an-
 te creationē Adami, infinitis penē tēporib. ad distin-
 guendū elementa inferiora, superiora corpora mota
 sint, ita ut dies sæculi nullus numerare queat: tamen
 ratio temporis non nisi à quo supputat homo, globo
 materiæ & formæ suppositus, supputata est. Sunt
 autem quatuor luminaria in hoc globo, ita ut singu-
 lorum elementorum sint singula. Duo prima sunt
 pluralia, ob insigniorem potentiam formæ & mate-
 riæ cœlestis. Duo inferiora singularia, ob debilitatē
 elementarem in suscipiendo formam & materiam,
 multo uerò maximē in retinendo. Sed ut quinta die
 omnia in humido radicali appareant, instar piscium,
 auium & reptiliū sensim motando opus est, ubi pri-
 mum rerum ipsa realitas eminet. Hic dies complet
 secundum, ubi aquæ sunt infructuosæ à firmamento
 diuise, quum omnia formaliter in eminētia erant: si-
 cut quartus respondebat primo, idem in æquiualen-
 tia materiæ unitæ formæ ostendens, quod in sola lu-
 cē formali & æquiualentī primo die erat. Realitas
 porrò in sua potentia & circumscriptione non est
 ante sextam diem, in qua terra ornatur cæteris ani-
 mantibus,

mantibus, et homine illorum imperatore: de qua die aut rerū natiuitate tacere præstat, quàm pauca loqui. Sed finis & uera rerum realitas sine sabbatho esse nõ potest. Nam omnis motus in quietem necessariò tendit. Septima itaque die cessat Deus ab omni opere corruptibili, quia sponte omnia homine inferiora, (quæ etiam per uoluntatem Dei angelos finaliter comprehendunt) in ipsum tendunt hominem, & corporaliter & spiritualiter in eo tanquã in suo summo bono finem uiuendi & essendi faciunt, in quæ mysteria spiritus sancti angeli desiderant prospicere; non propter res ipsas materiales, aut propter hominem purum: sed quia sicuti omnium rerum creaturum finis est in homine, & corporaliter & spiritualiter uniendo seipsas illi: sic ipsius humanæ naturæ totius finis est, ut uniantur Christo omnia membra sua, nõ tantũ spiritualiter, sed corporaliter, eo quod plenitudo diuinitatis in eo corporaliter inhabitat, adeò excellenter uidelicet, quod sicut spiritus, mens & anima eius non pressius aut unitius hæret Deo, quàm eius sanctissima caro & corpus, cuius esu mysteriose opus est hominem sumptũ in hoc sabbatho de puluere terræ, denuò creari, & per uirtutem sacro sancti sacramenti prædicti corporis in animam uiuentem per uitæ spiraculum refici, inq̃ paradiso, unde nunquã exhibit, poni. Sunt hæ septem natiuitates totius creaturæ, quarũ ultima summa uiatoris foelicitas est, ut in octaua die fiat circumcisio omnium motuum, quum sicut fini omnia hærebunt.

Sed clarius in gratiæ, quàm naturæ negocio hæc patebunt: quum sit naturæ finis, ut ad gratiam accedat: & gratiæ opus nil aliud, quàm iungi natura

turæ appetat. Ad hoc enim Deus opt. max. naturam & gratiã ex æquo agere in primo parente uoluerat, ut lic in toto naturæ cursu semper proficiẽdo perduraret, assidue creaturã sibi subditam beando, & ne in presentẽ unquã gemẽdi & parturiẽdi deueniret molestiã. Si enim foetus naturæ humanæ præstãtissimus semper in suo reãtitudinis uentre permanisset, sine dolore poterat semper edi. At misera natura, reãta in se & sancta, ab illo euerãsa à quo dirigi habebat, expectans suarum molestiarũ finem, et tempus quo finem faciat fraudandũ Deum sua gloria, ingemiscit, quoad omnib. cũ infinito lucro & usura restituatur, singillatim recipiẽdo, quod uni omniũ nomine datum erat. Summa enim impietas est, nedum iniquitas, prius damnatos quã natos luere in eternũ, quum pro in finitate peccati in culpa Iesus satisfecerit. Sed ordo natiuitatis aut renationis potius creaturæ finalis est nobis cõsiderandus. Mortuũ hominem uniuersum in homine primo sensim opus fuit refici, & renasci: quare ante omnes una eius natiuitas ad assurgendũ illi sit data oportet, quæ omnino esset latens, abscondita et immobilis, inuolabilis: sicut in legis nature cõditione patet, quæ & perfecta & instar omniũ est, latens in hominibus, sine præscriptione ullius cultus exterioris, unde boni uiri diu ante legem à Mosæ scriptis instauratam seruabant duce natura, reliquis quibusdam gratiæ instaurata præcepta, ceremonias, legem, quæ sunt obseruantia Domini. Sic faciebat nomine uniuersi Abrahã. Hinc in omnib. populis, licet à ueri Dei cultu inuidia diaboli defecissent, sacrificia, ritus, & quædã sacre leges naturaliter erãt. Equiuales enim ea lex deprauari, sed tolli nõ poterat.

Quum

Quum tota naturæ, non tantum humanæ, massa per peccatum primi hominis (quod agnoscat necesse est, quisquis lege coercitiua quàm naturali sit melior) sit peruersa, & eo quòd à suo fine est dimota, sit mortuæ & abolitæ instar: opus est, ut sensim cum natura ipsa humana resurgat, ducendo denuò noua exordia uitæ, sicut à principio. Lex naturæ ergo in paucis bonis manifesta, in omnibus tamen hominibus sub infantia mundi agentibus posita, reparare æquiuolenter cepit naturæ ruïnã, dum in laudem creatoris & se reos peccati boni iudicabant, & signis exterioribus etiam Deo testatum uolebant, quod totius creaturæ laus illi deberetur, cuius nomine particulas offerendo, de fructibus aut animalibus sacrificabant. Vnde noster Iesus uidens mentes & signa legis, gratiora habebat quæ sunt magis preciosa, & suo fini propiora. Vnde quum fructus terræ sint causa animalium, & non contrà, gratiora illi fuere Hebeli quàm Caini sacrificia. Vterq; enim utraq; facultate abũdabat: sed quod uilius est dabat, qui minus pœnitebat, ut hypocrita potius quàm religiosus appareret. Porrò sicuti cor, cerebrum, & partes animalis primariae, non tantum sibi, imò parum sibi habent uitæ pabulum, sed omnibus laborant corporis membris, quatumuis ab illis distitis; sic quas gratias recipere et operari utrauis gratia, gratis data, & gratum faciente, satagebant pii, quorum est memoria in libro uitæ, solebant, omnibus creaturæ humanæ membris diffundebãt. Omnes enim semper uoluit saluos fieri Deus, ad hoc illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum. Per hoc lumen nulli non oblatum, æquiuolenter est renata cum homine in anima peccatum agnoscente,

scente, & sese assiduis desiderijs ad eius medicinā præ-
 parante tota natura, non tantū in illis qui ante Abra-
 hamum fũere, sed qui ad hanc diem ubiuis locorū &
 temporum egere sine ulla receptione legis per fidem
 instaurata. Quotquot enim in toto terrarum orbe
 sub quantauis religionis absurditate fategerūt, ut du-
 ce conscientia sibiipsis essent lex, beneficio luminis il-
 lius à Christi spiritu concessi, per mentis beneficium,
 sunt in lege naturæ reponendi. Est enim ea conditio-
 ne quantumuis falsa religionis persuasio, ut non per-
 mittatur priuati ullius arbitrio, eius discussio, eo quod
 se putet offendere quod summū est, quisquis auitam
 persuasionem relinquit. Illam itaq; Christus non im-
 putat, modo fiat ei quod colitur, quod ipsi Deo fieret,
 & cum proximo per legē naturæ stetur. Sed quū sen-
 tim in bonorum etiā serie illa sacrosancta renascen-
 tia uniuersi defecisset, præterquam in septem anima-
 bus bonis cum una mala, societateq; magis quàm me-
 rito salua, tunc autor naturæ & spiritum abstulit, &
 morti per diluuiem uniuersum dedit, ut non solum
 renascentiā per æquivalentiam, ut à principio fieret,
 sed maximè per legem scriptam instauraretur. Licet
 itaq; Abram à pueritia esset optimus Dei ueri cultor,
 ita ut ante suam uocationē patentem fugiendæ impie-
 tatis Bābylonicæ gratia, relicta patria, domo, cogna-
 tioneq; ditissima clarissimaq; esset pridē extorris, ex-
 ulq; longè domo inter duo mysteriosissima Paradisi
 flumina, tamen non satis habuit Deus, ut apud se bo-
 nus per solam æquivalentiam esset, sed omnino ab
 extra significari uoluit eminenter quæ ipse in occul-
 to gerebat, & fecerat. Iubetur itaque palàm credere,
 qui ante ita credebat, ut ob eximiā eius pueri fidem à
 fornace

fornace ignis fuisset diuinitus liberatus. Iubetur etiam relinquere quæ pridem antè reliquerat, ut posteritati fieret eius exempli fides, & omnia nomine Dei omnipotentis esse à uerè pijs relinquenda monstraretur, in autore fidei, priusquam iustus possessor esse quiscquam studeat. Qui enim semel omnia propter Deum dimisit serio, quoties illi Deus restituit, iam non amplius sibi, sed proximis, sicut à principio erat ordinatum, possidet, assidue in charitate occupatus. Sic uoluit hanc fidem à nuditate rerum patentem fieri, & tanquam ream peccati filiam in locum contemplationis Adamo datæ substitui: & demum pro suo signaculo, ad ostensionem peccati, non solum in anima, sed maxime in carne habitantis, circumcisionem præ se ferre, donec ille intolerabilis rerum sacrarum cumulus à Mose ducibus angelis super humeros fidelium poneretur: qui quanto grauior esset, tanto magis esset toti mundo ueritate destituto proficiuus (dum modo æquiualentia legis præcepta pro uirili in mente seruarent) demum tanto magis ad medicum tam magni morbi & desperati, suos cultores urgeret, quanto insupportabilior esset. Sic opus fuit secundam renascentiam uniuersali fieri, largiendo de omnibus bonis animi, corporis, & medijs assidue, inculando se, & fama seipsum ante Deum spolliando, deinde affligendo corpus, & demum de omnib. ferè rebus assidue quotannis dando magistratui sacro aut profano, nomine expiationis. Sic omnes homines in secunda ætate, per beneficia legis, cultoribus diuinitus data, acceperunt eminens quidè simul & æquiualens propositio siue syrupum, ut uocant,

sub lege scripta; sub lege uero naturæ per eas afflictio-
 nes & tyrānides, quæ sunt obortę in Babylone, quan-
 do est uocatus Abram. Nam non alia de re bella pe-
 stes & fames in toto mundo permisit oboriri Deus,
 nisi ut uel inuiti poeniterēt homines, & fierent gratiæ
 populi Dei participes. Summum enim uitę humanæ
 bonum secundum martyrium nomine ueri Dei sus-
 ceptum, sunt hi tres gladij Dei. Bonos enim a uitæ
 huius miseria tollunt, impios obstinatos ad breuius
 aut temperatius infernum mittunt, tepidos si usquam
 debebant conuerti presentis mortis et tormentorum
 timore ad poenitentiam saltem momētaneam trahunt.
 Sic omnino opus erat, ut in una ætate omnes homi-
 nes syrupum aut procatharticum nomine animæ ac-
 ciperent, cognoscendo & accusando peccatum prius
 in nobiliori subiecto, demum in secunda ætate, unā
 omnes etiam per gratiarum ecclesiæ beneficium in
 animo & corporis tormentis acciperent. Primi enim
 bellis & cædibus nō purgabantur, ut secundi, sed car-
 nis uitio naturę humanæ semitam inficiebāt. Verum
 frustra esset à medico facta illa præparatio & animæ,
 & corporis, nisi actualis medicina animæ primū
 longissimo tempore nomine omniū exhiberetur, &
 actu anima purgaretur per illam potentiam, quę sola
 per sui abiectionem, & diabolo & maximo mūdi im-
 perio opponi poterat. Sic tertia die Iesus adest uniuersis
 si potentia, ad animæ tamē solius salutem absolutam,
 quoad ueniat secundo aduentu omnibus sperantibus
 in eum in salutē, ut in carne aut corpore simul & ani-
 ma realiter nos restituat, & omnia. Nam licet Christi-
 ani ex professo renuncient diabolo & superbiam, pom-
 pis eius & mundi, operibus eius & ocio, delicijsq; ad
 hoc

hoc ut instar ducis, in paupertate, probro & dolore vitam transigant, actuq; totam creaturam ipsi Christo per tertiam renascentiam offerant; tamen quia pondus carnis infirmæ circumferunt, omnes ferme ad uotum redeunt, & sunt Christiani longè Iudæis deteriores, qui nunquam proprietatem fecere terræ Gessæ Faraonicæ, sed solummodo sanctæ; unde à quo sunt eiecti, non habuere unquam reipub. munus. Sed spinæ cheu, spinæ illæ quæ Iesum in capite punxerunt, à nefarijs Christianis receptæ, de' que sanguine Christi & pauperum surrepte, tertium semen suffocarunt, quoad restitutionis actum, & non potentia tantum, omnibus, semen quarto loco seminatum adferat fructum centesimum sexagesimum tricesimum. Est itaq; isthæc actualis renascentia, origo & recreatio omnium rerum creatarū, quæ ad hanc genuere diem, quarum restitutionem angeli desiderant prospicere. Verum ista realitas sensim in cumulum ueniet suæ perfectionis, ad complendum actum quod iam ter in potentia fuit. Nam quartæ huius diei & renascentiæ principium est in agglomeratione lucis in cœlo, id est, animorum in Christo, per animæ suscitationem; & sic complebitur in omnibus quarta die prima dies. Ideo omnibus qui sperant, & sperare possunt, in salutem aduenit Christus, & sibi actu animas reunit, ut sint cum suo spiritu & mente, in quo ad hanc diem dormierant, in Christo finali domo sua. Et sic incipit renascentia, seu restitutio omnium actualis, eo quod tibi filij David postea peccarint, uisitabit in uirga Dominus omnes iniquitates eorum, sed misericordiam suam non auferet eis. Opus est enim ut sint illi beati, quorum peccata tecta sunt; & licet fiant (quod in charitate non erit) illorum non

recordabitur amplius. Nec enim unquam omnia in
 integrum essent restituta, si admissi peccati adhuc re-
 cordaretur. Opus est enim omnino ut in uia, & nō in
 patria, ueniat tēpus, in quo non dicatur amplius pro-
 uerbum, Patres nostri cōmederunt uuam acerbam,
 & dentes filiorū obstupescunt. Omnes enim animæ
 sunt Christi, qui in Elia omnium restitutore conuer-
 tet corda ter rebellium patrū in filijs, & nullus ex eis
 peribit nisi merè & clarè obstinatus, satanæq; filius, et
 membrum elatum in perfecto iudicio, supra omne
 quod dicitur Deus. Nullum autē in infirmitatis tem-
 pore fuit aut erit clarum iudiciū, sed omnes nesciūt
 quid faciunt, instar actualium crucifixorum Christi.
 Ideo pro eis orat Christus, in figura instantis tempo-
 ris. Sed in sequenti tempore caro etiam suam cum
 Christo actualem unionem faciet, ut compleatur lex
 actu. Sensim autem fieri resurrectionem, ita ut qui in
 Christo sunt resurgāt primi: arguit ipse Saluator iam
 ante 1500. annos dicēs: Venit hora & nunc est, ut mor-
 tui qui in monumentis sunt, audiant uocem filij Dei,
 & audita illa uiuent. Sed in hoc est realitatis comple-
 mentum, ut unā & corpus & anima sui potens in sin-
 gulis faciat, quod Petrus ad Christum quarta uigilia
 ambulans super mare, nomine omniū, sicut Elias
 fecit. Illæsi enim singuli super aquas ferri, aut illas fin-
 dere pro arbitrio poterunt, & sic Christus assumpto
 corpore suo statim ueniet extra mare ad terrā, ad quā
 ibant singuli fideles per Christum deificati, & sic erit
 uerum & finale rerum omnium sabbathū. Anima,
 corpus, compositum, unio, erunt complementum in
 æquivalentia, eminentia, potentia & realitate, eorum
 quæ antè frustra in potentia fuissent, nisi de potentia
 in

in actum sic reducerentur, ut actu uideatur hic infra per renascentiam, & rerum omnium restitutionem, qd non sicut delictum ita & donū. Impossibile enim est, Deum ita fraudari sua intentione, aut Christū infinito prouentu sui meriti, ut diabolus locū illi tollat, in quo decreuerat perfectā debere exerceri militiam. Maius longe fuit ad hanc delicti quā doni malum, in qua re inferior diabolo Christus uideretur; sed multo maximè, si illum ita sua arena & teatro fraudaret, ut nunquam omnia restituerētur, ubi sunt destructa, idēq; cum infinito peccati lucro. Nec enim potest dici restitutio omnium de cœlo & patria, ubi nunquā fuit restituenda destructio: nisi forsā conuerteretur satanas, & in cœlum rediret, quod non faciet, eo quod sit clarè & de industria obstinatus. Sic sunt omnia Nata & Renata, restituta ue, ne Deus ullo modo sui theatri usu fraudetur, illudq; solum ad satanę ludibria preparasse uideatur.

DE NATIVITATE MEDIATORIS ABSOLUTA, & necessaria in generali.

QUum nullo motu aut participatione sui possit prima substātia rebus creatis adesse: omnia uero creata, et maximè materialia, motu & substātia durabili sint destituta: medsa autem, uti intelligentiæ & cœlum, ita moueantur, ut à superiori causa ob multiplicatē necessariò dependeāt: opus est omnino, quū res ipse sint actu, ut actu etiā illis adsit motor, non immobilis solū, sed uicissitudinarius, qui ita rebus singulis cogenitus sit, ut qd Deus ob immobilitatē dare singulis nō potuit, ipse unus mediator præstare non tantū omnib; sed singulis indiuiduis per cōmunicabilem suæ

suæ substantiæ præsentiam debeat, soleat, & possit. In
 hoc itaque principio creauit Deus cœlum & terram.
 Ab ipso enim, per ipsum, & in ipso sunt omnia, & fi-
 naliter per nos ad eum reducuntur omnia. Hic est uia
 ueritas & uita, non tantum humani, sed uniuersi ui-
 uentium generis. Via est spirituum, mentium, cœlo-
 rum, elemētorum, compositorum. Veritas, substan-
 tiæ rerum omnium. Vita uitalis, animalis, sensitua,
 rationalis, intellectuua. In ipso uiuimus, mouemur &
 sumus. Nec ad momentum sine illa substantiā, laten-
 ter omnibus rebus per substantiæ modum communi-
 cabili, posset quicquam in mundo subsistere. Sic factū
 est, ut præterquam quod est æterna & creata sapiētia,
 ante quam non est alius Deus creatus, Deus enim uir-
 tute unionis diuinæ dicitur merito, in omnibus & sin-
 gulis angelis sit natus, demū in cœlesti materia & ma-
 teriæ primæ dispēsatione, distinctione q̄ ab eo per an-
 gelorum rudimenta facta, sit tanquam æternum ful-
 crum rebus inhærens, & nouis assidue concilijs mu-
 tans ad esse & non esse, secundum causarū diuinæ uo-
 luntatis ordinem; qui nullo alio modo alioqui sub ip-
 so Deo fieri poterāt, nisi simili diuinæ uoluntati obe-
 dientia, id est, momētanea, à qua in primis natura ab-
 horret. Hæc autem generalis Natiuitas, substantiæ di-
 citur, sub qua multæ & uariæ sunt comprehensæ, om-
 nino absolutæ & necessariae, sine quibus nullo mo-
 do rerum uniuersi ordo in suum finem deduci pote-
 rat, aut poterit unquam. Sed de singulis in se-
 quentibus tractabitur, à capi-
 te repetendo.

De

DE AETERNA ET ABSOLVTA GENERA-
tione Mediatoris in diuinis.

Licet multo magis delectet summa & generalia quæ
 particularia, eo quod de summis minimū cognosce-
 re gratius est, cognitione maxima particulariū, nihilo-
 minus particulariū exēpla fidem maiorē inter nos
 uiatores faciūt, unde ad maiorē rerū generaliū expres-
 sionē adhibent particularia, dicēdo uerbi gratia, &c.
 Undelicet in generali de natiuitate Christi omnia en-
 tia concomitante sit dictum, multo tamen maiorem
 fidem faciet in particulari, quot modis ipse sit natus,
 præcipuè scire. Aeterna esse natiuitate, & continua,
 præterquam quod fides inter Christianos, tanquam
 certissima docet autoritas, rationibus istis omnib. ue-
 ritati non repugnantibus suadebit. Potentiam æter-
 nam infinitamque esse Deum, inter homines constat.
 Atqui quantauis esset potentia, nisi ex æquo tantum
 continuè sciret, quantum posset, ex seipsa assiduè ge-
 nerando sapientiam æternam, nullo modo diceretur
 Deus omnipotens, si quidem primum potentie impe-
 dimentum est inscientia. Quum autem sit necessariū
 scientiā ex omnipotentia generari, nullo modo ma-
 ior aut minor, prior aut separata aut diuersa à poten-
 tia potest esse. Nam si erit maior, omnipotens nō erit
 potentia, qua detur maior perfectio. Si minor, frustra
 plus poterit quam sciet. Prior esse nō potest, quia sci-
 re ex potentia mentis præexistentis descendit. Poste-
 rior similiter esse nequit, quia frustra interim esse po-
 tentia. Separari non potest, quia non eiusdem, sed al-
 terius potentia esset. Ab utraq; procedit amor. Poten-
 tia patri, sapientia filio, & amor spiritui sancto applica-
 tur. Præterea ante omnē motum opus est necessariō
 esse

esse unū quoddam æternū fixūmēq; omnino immobi-
 le infinitū, à cuius renitentia & ordine cætera mouen-
 tur. Hæc est causa prima, quam hac conditione esse o-
 pus est, ut in infinitū duret. Non satis itaq; est esse, sed
 æqualem suæ essentia, duratione & suæ naturæ assi-
 duitate opus est nancisci, imò ab æterno habere pro-
 prietatē, à quo utraq; tandē aptitudo prodeat necesse
 est. Sic essētia, duratio, aptitudo, sunt trinitas in unita-
 te. Iam satis uisum est, qd in unitate essentia opus est
 esse ueritatē, quæ res ipsas faciat durare, explicari, & in-
 tellectui creato manifestari. Nam alioqui nullæ res in-
 esse, sine sua ueritate æterna, per quā temporaliter in-
 se est, et patēre sensui potest, posset consistere. Et iterū
 quin sit perfectissimè omnia in seipso priusq; in rebus,
 ipsis amans, illud quicquid est summū, negari non po-
 test. Nam per solā æquivalentiā in amore infinito om-
 nia sine seipsis creauit Deus. Quum summè amet om-
 nia, in se sit summè amans opus est, assiduè in se gene-
 rans ex seipso summè amatū. Nam amās dici nō possi-
 set, si illi deesset amatus, à quorūq; pcedat mutuus a-
 moris nexus. Hic est ergo filius Dei dilectus seu ama-
 tus ab æterno, à patre amāte ab æterno, genitus in hoc
 ab æterno, quia nunq; sine amore fuit, quod primum
 est. Vniuersi dispositio hoc clarius arguit. Quū enim
 sensibilis mundi massa constet motu unitiuo, uti gra-
 uium in centrum, necesse est ut assiduè disgregatiuo
 aut dilatatiuo motu omnia pro impetu leuium, uer-
 sus abscidas pateant, ita ut quantus est grauium impul-
 sus, tanti sit leuium distensio: à quāto enim spacio po-
 test graue uersus centrum descendere, ad tantum le-
 ue proportionatum potest ascendere. Duo uerò hæc
 extrema medio ab utroq; procedente neq; opus est,
 instar

instar centri & circumferentiæ continua semidiametro coniuكتورorum. Hic est æternū mundi uinculum. Pater omnipotens omnia unit, filius omnipotens omnia dispensat, spiritus patris filijq; potentiam in communem nexum uti diameter trahit. Primus pater est ordine, non tempore, quia centrum primum est in circulo ponibile & apprehensibile: filius in secundo loco, quia antequam semidiameter currat, expēdi absidas circuli necesse est. In tercio loco spiritus sanctus est, quia prius centrum & absidem ponere opus fuit, quam à centro ad circumferentiam linea deduci poterit. Hic est circulus & sfera æterna in unitate & trinitate considerabilis, sine quo immobiliter stante nulla res in mundo moueri aut uoluntario aut applicatiuo motu potuit. Sic est igitur generatio æterna & absoluta filij Dei. Hoc est uerbum æternum, sapientia æterna, duratio æterna, dilectus æternus, dilatatio æterna, ueritas æterna, uita æterna, quam immobiliter ab æterno præexistere mundo oportuit, ut esset ipsius basis, & substantia prima, sine qua nil consistere aut durare ad momentum posset. Maximum autem ueritatis robur ex ui mathematicum ad primæ ueritatis apprehensionem acquirimus, ita ut in materia media etiam quodammodo sit infiniti immerfa natura. Nam circuli centrum est ubiuis dabile. Vnde antiquitas ad Dei apprehensionem ponebant ubiuis centrum, & eiusdem considerationis infinitam illius respectu circumferentiam. Similiter in infinitum potest respectu centri extendi absis, donec recta & curua sint eadem. Pari modo data linea, & infinitum augeri in longum, & à quolibet eius puncto in quodlibet aliud spacium circuli

culi comprehendi, quæ tres infinitates possibili-
tæ sunt ex actualibus. Nam nil possibile est, quin sit
ab actuali & primo aliquo. Ex hac centri et linearum
regularium potentia natū est, ut in mathematica con-
sideratione sit infinitas minuendo, addendo, coniu-
gendo, quia sunt nata mathemata à uirtute ueritatis
infinitæ filij Dei.

DE SECUNDA NATIVITATE IESU

Christi, & cæteris.

QUum hic annularis naturæ orbis, à continuo
cursu innouationis nasci, dici possit & debeat,
ex eo quòd de non esse in esse uenientia, dicuntur ideo
naturalia, quod fiant siue arte, siue natura. Nasci itaq;
quouis modo in naturam realem uenire dici potest:
quamuis propriè nasci intelligatur, quod ex præxi-
stenti materia siue substãtia per modum propagatio-
nis accipit esse. Res est ualde notãda, qd in lingua A-
damij uerbū generandi nō confunditur cum alijs: un-
de constat, quod Dominus Iehoua de sua essentia ge-
nerat filium, ex Psalmo secūdo: ubi dicit, Filius meus
es tu, ego hodie genui te. Similiter in fine Iesaię. Duo-
bus modis generare potest Deus per essentiam ater-
nam, coæqualem generãdo filium, ut proximè uisum
est: & per uoluntatem momētaneam immutabilem,
cuius dispensatio filio credita & data est. Nos corpo-
rei mobilesq; possumus substãtia & uoluntate gene-
rare, non tantum corpora & animas humanas, sed
multo maximè bona & mala opera pariendo, quibus
est substãtia in suo esse nobis adiuncto, licet pereat
peccatū tanq; priuatio, ubi eo bono quod poterat cō-
sequi, animā spoliauit. Sed antequā ulterius progre-
diamur,

diamur, præter uerbū generādi, siue ex se producēdi,
 utitur tribus alijs spiritus s, in toto corpore sacrorum,
 quæ cum uerbo ירהר sit, sunt in opere geneleos expo
 sita. Sic tria illa ponit in cōpēdio unius uersus Iesaias,
 כל הדקרא בשמי ולבבר רי באתן ילנתן את עשנת
 id est, Totum seu uniuersale uocatū nomine meo, in
 gloriam meam creauit illud, formauit illud, etiam feci il
 lud. Creare sanè, ut de creatoris opera dicitur, ex nihilo
 facere est: sicuti materiæ primæ puluisculus pri
 mus, & substantiæ separata, & quæ primo utriusque
 actione & passione sunt distincta. In actione enim re
 passio est, quæ est patientis actio. In hoc communiter
 cōsentiunt iuuenilis & uirilī aetatis interpretes eccle
 siæ. Formare autem ex materia restituta in melius est,
 quo uerbo ideo Moses nō est usus, nisi in sola recrea
 tione hominis facta in sabbato. Verbum autē facien
 di est instrumētariū, quū Dominus nō solus, sed crea
 turæ alicuius cooperatione facit opus diuinum. Nam
 hic est finis uniuersi, ut in maximo mundi totius opi
 ficio, nō solū Deo cooperetur creatura, tanq̄ primus
 motor, sed ut ipsi creaturæ restituta in integrū & spō
 te beneagenti, ipse cooperetur Deus, quando uolun
 tatem timentium se faciet, & transiēs ministrabit illis
 motis sola necessitate, quæ urgere Deum non potest,
 incitare ue. Illud itaq̄ solum uniuersale & totum, uni
 uersi substantiam in sui habens integro, quod genuit
 Deus ex sua substātia, quodq̄ solum reuera uocari in
 nomine Iehoua potest, Deus post generationem eter
 nam creauit, & spiritū sanctum uniuersi ipsi dedit, ut
 quod erat impossibile immobilitati diuinarū persona
 rum nusq̄ mūdi absentiu, ipse particulari applicatio
 ne creatæ substantiæ Deo unitæ faceret, seseq̄ mūdo

accommodaret. Sed quia præstantissima materia totius mundi, id est, nostra humanitas perierat, ideo ex ipso puluere carnis nostræ reformauit illū nomine uniuersi, quū ex uirgine matre natus est. Hæc uerò est natiuitas inferior ipsi æternæ opposita. Superest quarta eius natiuitas, que etiã ab ipso Deo nõ nisi per creaturæ humanæ in ecclesiã coactæ, ordinatè fieri potest. Hæc est sacrosantissima synaxeos confectio, aut factitatio, in qua sola ipse Iesus est pure & sine ullis exterioribus accidentium inuolucris, per solum uerumq; substantiæ modum. In prima natiuitate æquiualem omnia Christus habet, & disponit; in secunda autem eminenter per sapientiam creatam, uerbum creatum, ueritatem creatam, uitam creatam, & cæteras perfectiones finitas infinitis unitas eadē propalat. In tertia uerò manifestè potentiam ostendit, qua omnib. & singulis proposuit nouam uitæ in carne humana formã; Sed realitas in ultima natiuitate est, ubi omnis spiritus sperãs in eum unitur, & superiora inferioraq; colliguntur. Sed hæc à uiuentium ecclesia mysteria pendent. Vnde in hac realitate sacramenti sunt etiam sui gradus notãdi, & secundū æquiualentiam eminentiã potentiam & realitatē cõsiderãdi. Applicari actu anima curis et morte dispersa debet per sacramentū panis unitiuū rerū dispersarū. Applicari & caro ut dissoluatur debet, ad hoc ut dissoluta charitate corporis uita fiat tota immortalis, et defecata. Hoc facit sanguinis liquor. Nã dẽsa dẽfant, & liquida liquidãt. Vnde densi sacramenti suppositū prætesum, in dissoluta anima est: liquidi aut, in duriliquidatione & accommodatione ad spiritū. Inde utriusq; erit cõpositū in mera potentia, unito corpore & anima simul: & sic in quarto loco & sabba to Chri.

to. Christus in singulis & omnib. nascet, ubi prius rea-
 liter in omnibus & singulis animabus in illum speran-
 tibus æquiualeter erit natus, emînēter autem in om-
 nibus sperantiū corporibus: demū potentialiter in u-
 triusq; composito, quæ est sexta dies, ut in septima om-
 nino facti Christi, & facti unum cum illo, sicut ipse u-
 nus cū patre est, faciamus nostræ militiæ finē à duce re-
 gni nostri corona accepta. Hanc unā incorporationē
 suæ substātiæ nobiscū ueluti finē nostrū inferius, & si-
 ne quo nullus unq; in uitam æternā abibit, semper in
 uotis habuit, ita ut sit absolutū sacramētū, sicuti & in-
 carnatio. Sed incarnatio nō nisi causa instituendi re-
 uera sacramenti fuisset, si homo non peccasset. Passio-
 nes enim Christi in paupertate probro & dolore sus-
 ceptæ, sunt absolute à peccato, & nō natiuitas. Vnde
 factū est, ut semper aliquid loco sacramēti eucharistiæ
 in duabus ætatibus ecclesiæ fuerit, licet nō dū natus es-
 set Iesus. Panē & uinū obtulit Melchisedech, ad notā-
 dū, illa mysteria in usu in lege nature fuisse. inde man-
 næ & panū ppositionis mysteria, in quib. oēs patres
 nostri biberunt & cōmederūt sub nube in Mose bap-
 tizati de cōcomitante actū illos petra, & petra illa erat
 Christus, ut sonat uerbū, & nō in esse mentali solum.
 Nam nec diuinitas, nec esse mētale potest moueri ad
 cōcomitandum aut cōsequendū suos. Primū enim
 moueri nō potest, quia omnia impleuit: alterū uerò,
 quia per se nusq; est. Christus sanē est heri & hodie ip-
 se & in secula, nō in uocabulo solū, ut somniat, sed a-
 ctū in spiritu diuinitati unito cū mēte angelis cōiūcta.
 In q; subiecto, et nō in diuinitate, agnus dolore mētali
 crucifixus et occisus est ab origine mūdi. In casu sata-
 nę actū est natus in omnib. & singulis bonis angelis,
 quorum

quorum, sicut & nostri, est mens intellectusq; com-
 munis. Sed angeli iam confirmati per se audiunt, nos
 nondum: quia in Christo solum est abscondita uita no-
 stra, donec & nos ipsi per nos sentiamus, ubi reuera
 mortui erimus. Nam duae uitae non sunt in uno sup-
 posito. Sicut ergo in nobis est uita naturalis, uitalis,
 sensitua & rationalis: sic Christus spiritum multipli-
 cem naturali diuinitatis uitae addit. Est enim in intel-
 lectu & mente idem, licet uideatur diuersa natura in-
 tellectus & mentis: quia ille uelocius uniuersaliusq;
 cognoscit, ista minus. Sed respectu animae quae inftar
 intellectus patientis est, relata ad mentem & intelle-
 ctum sunt haec duo pars superior & agēs intellectus.
 Sapientia enim increata est spiritus agens, Christi spi-
 ritus est possibilis. Sapientia creata & increata sunt ip-
 sis intellectibus & mentibus in uno positae, & sunt in
 loco patientis. Rursus intellectus & mens sunt spiri-
 tus agens animae respectu, haec autē possibilis est. Haec
 rursus comparata ad sensum communem & imagina-
 tionem, est spiritus agens; hic autem possibilis. & sic
 habet duos respectus ad respiciendum animam: unum
 ab intellectu agenti superiori, aliū uerō ad sensus ex-
 teriores cōmunem & inferiora, unde elicit ut in men-
 tem referat. Haec autem omnia operatur unus atque
 idem spiritus Christi Iesu, postulās pro nobis quoad
 illi omnino conformemur, & per illum uitam eius na-
 turaliter in nobis sicuti est sentiamus, ut tanto arden-
 tius festinemus ad sacrosanctam gratiae incarnationē
 per sacrosancta mysteria, ut una actu natura & gratia
 sit in nobis & perfectē restituta, & perfectē cognita
 non solum in natura, sed etiam in gratia. Sic in uno
 uerbo Christus natus aut ortus est à patre in spiri-
 tu,

tu, in mente, in carne, in substantia uera, qua mediante actū reficūt omnes animas, omnia corpora, & omnia subiecta ex utraque natura, ut tandem tota natura humana sit unus solus homo Christus, ascendēs in cœlum, qui solus descendit de cœlo.

DE MODO SINGVLARVM ORIGI-
num aut natiuitatum.

Natura docet, quod quicquid generatur, aut fit, procedit ue ab aliquo, illud aut ab intra, aut ab extra educit, eiusq; essentiã de sua, aut de aliena, aut aliunde sumpta creat, aut generat. Generatio fit de propria substantia alteri sibi simili credita. Sic est æterna filiis Dei generatio: ex cuius uī procedit, ut omnia filiorum causa fiant tanquam pro se altero. Inde factum est, ut omnia Pater ab æterno in manus dederit filio: imò eo quòd ita in cœlo factum est, ideo omnis paternitas in terra pro bono uel malo sine omnia, potissimùm filiorum nomine procurare satagit. Quæ itaque prima est in terra emanatio & origo, ad quam omnes ceteræ trahuntur: ea est quæ de substantia propria est. Ex eo enim quod ab æterno generat pater æternus filium: ille qui assiduè parit, facit generare, concipere, & parere. Secunda emanatio seu origo est, quum aliunde adsciscitur materia: sicut secūda filiatio est hyothesia, siue adoptio, quum fit filius spiritualis. Quum autem æternitas præter se nil haberet quod aliunde caperet, quum uoluīt aliunde asciscere, creare opus fuit. Secunda itaque origo, aut natiuitas Christi fuit, per uisam creationis, & demum sacrosanctæ unionis ad diuinæ essentiæ

communionem, participationem, unionem, cohe-
 reditationem, & fruitionem: ut quas operas diuina
 bonitas patris ob suam infinitudinem & immobili-
 tatem in filio sibi coequali non poterat facere, tan-
 dem per illam humilitatem creaturæ uerbi creati ad
 omnia iura filij naturalis ascitæ fieri posset, dum esset
 immobilis motor, & uoluntate æterna mouēs actu,
 & uoluntate applicationeꝝ sui simul actu potētiaꝝ
 singula suis temporibus, locis & naturis distinguēs.
 Præter istam unam creaturā diuinitati unitā nulla or-
 dinatē sic creari potuit. Sed sic secundum leges ratio-
 nis diuinæ in hoc mundo cognitæ & cognoscibiles
 necesse erat fieri, ut iste procurator Eliezer Dei auxi-
 liator patri Abrahamo in hæreditatis Isaac promissi
 opere laboraret, etiam quū creuisset, illi ex Mesopo-
 tamia uxorē petēdo. Nec enim Deus omnipotēs se-
 mē angelorū assumpsit, sed Abrahami inferioris tam
 præcedens q̄ cōsequens. Præcessit enim in Deo om-
 niū spiritus, sicut in carne omniū est sequuta posteri-
 tas. Nam duo extrema humanæ naturæ assumpsit di-
 uinitas ante sæcula, spiritū & mentē, quæ est proprie
 humanitas, aut humanitatis finis: post Abrahami
 promissionē animam & corpus unā, quæ est secunda
 & materialis adoptio. Nec antē, nec post sunt cōfusæ
 naturæ: sed ad uerbū æternū ita assumptæ, ut una ex
 duab. naturis fieret persona. Sicuti ergo in se tanquā
 ad centrū diuina bonitas etiā in infiniti temporis (ut
 sic causa nostræ ignoratiæ loquar) duratione per suā
 equiualentiā omnia uniebat, et amplexu fouebat: sic
 spiritus ille primus, in quo omnia eminent, dum ad
 tantū gradū, à nihili centro, prope infinitatis absidas
 efferit in sublime, & dilatatur, hoc ipsum facit, quod
 incre-

increatea in circulo sapientia facere uisa est. Ea unio, licet sit facta cum sapientia increata, & non cum patre aut spiritu sancto, tamen eo quod quantum late potest patere creatura intra hanc infinitudinis sferam, tam late suam extendit potentiam mobilem & indiuiduorum distinctioni applicatiuam nomine trium motuum tribus personis accommodatorum. Nominem enim unionis patris etiam ipsa unio, grauiam deorsum trahens: dilatat, leuia sursum excitans: & connectit, superiora inferioribus aptans. Spiritus hic ita adoptatus, ut cum naturali sit eadem persona, ueluti sedulus procurator, statim ubi ex ordine diuine uoluntatis fuit in suae Oeconomice dignitatis gradu, innumerabiles ministrorum copias sibi adiunxit, & tanquam ciues Vranopolitias constituit angelos in uarijs gradibus, in quibus singuli mereri possent, & tandem illius actualia membra effici, ut sic unus in singulis nasceretur. Hoc modo ab initio & ante secula ab homine numerata, creata est diuina sapientia, diuinitatis nomen ex diuina unione merens in suis alijs originibus. Sed non satis erat Deum, qui omnia hominis deificandi gratia creauit in Christo, ut Christus crearet in mundo reali, adoptasse sibi illud lumen ex quo actu participat omnis homo in hunc mundum ueniens, in natura spiritali, ad quam finaliter est reducenda etiam una anima, & corpus gloriosum: sed necesse est, ut ipsa bonitas etiam corpus nostrum sibi ascisceret, in quo sublimem nomine omnium nostrum efferret, ut eius ductu tandem in suum finem conduceretur humana fragilitas, sicut a principio, ut omnium huc spiritus demitterentur, aeterna ordinaretur charitas. Sed peccati iniuria haec natiuitas fuit supra tria annorum millia tardata.

Nam sine peccato alioqui septimus ab Adam fuisse Iesus : in cuius locum ueniens Hanoch, spiritu illo sancto tam abunde fuit diues, ut sit in paradysum etiam a fece peccati raptus : tanta uis erat diuinæ ordinationis. Hic modus natiuitatis, seu potius assumptionis nostræ, ex nihilo exteriori, sine opera masculi fieri debuit, ut superiori responderet : ut sicut immobilis diuinitas totius naturæ legem, spiritum Christi assumendo, sine Mediatore uiolauit (præter Christum enim omnia per Christum creata actus sunt, sicut actus esse habent) sic ipse Christus ex ordine totius trinitatis impassibilis & immobilis ad ullum particulare opus, ex uirgine matre, sine opera masculi, per suum spiritum sanctum sic olim creatum, mobiliter de cœlo descendentem, carnem nostram in anima & corpore, ex purissimo sanguine & harmonia uirginis decerptis, assumeret. Frustra enim fit per plura, quod per pauciora fieri potest. Quum enim ille spiritus Iesu innumerabilibus angelorum potentijs diues, totius naturæ semen, tam facile in Nili aut fluuiorum paradisi limis formet, quam per naturæ uiam, frustra sibi instrumentalem patrem adhibuisset, qui omnium natiuitatis est author. Hæc est naturalis ratio conceptionis Iesu, quam reuelarat ipse Adamo, cuius cognitionem ad me in eius spiritu attulit. Raziël ipsius angelus. Non erat conueniens, ut aliter uitæ author Iesus nasceretur, etiamsi semen nostrum nunquam fuisset peccati materia maculatum. Maculatum enim & immaculatū perinde illi, puritate diuinitatis omnia purgantis uestito, fuisset. Præterea ex uerbis Pauli patet, quum dicit seruari uirum infidelem per mulierem.

rem fidelem in filiorum generatione, qui sancti nascuntur, modò sint ex alterutro parente tantū Christiano: quod satis est semen foeminae ad animae perfectam essentiam habendam. Non tantum uerò fides fit de animae decisione ex sola matre possibili, per articulos fidei reginae Sabba, & per uerba Pauli nunc citata: sed maximè per Hungarorum ex incubis natorum experimentum, quum tamen populus ille sit postea ad Christum conuersus. Similiter est de Vlanis magnis in Tartaria populis, qui à foeminarum proscriptarum grege nati sunt. Sic nascuntur hodie Nefes ougli sub Mussulmanis, sic natus est Merlinus apud Britannos. Admouet enim semper masculus ille spiritus Iesu omnibus feminibus suam masculinitatem, tam per naturam in opera masculi, quam per gratiam in foemina baptisata: cuius infidelis maritus saluatur, non in se quamdiu infidelis est, sed in filij sancti traduce, uicem patris referente. Sed iniquis etiam incuborū partibus non deest, quia nil culpae habet qui nati sunt: ideo ex crudelissimis Hunnis fecit humanissimos Hūgaros. Sed nec ipsi Simoni mago, qui erat incarnatus satanas, testante apud Clementē Petro, defuit sua masculinitas animae: nec innumeris diabolorum aut laruarū incarnatarū spectris, quos malus homo diabolus naturae boni seminis superseminat, unquam deest sua perfectio & lux, qua à pessimo principio ad optimū finem possint, si uelint, deduci. Sicut & angelis incarnatis, qualis uisus est Zelodes ardēs pnihas, nil inferioris deest perfectionis. Quū enim spiritus, mens & anima, sint res spirituales, solis affectibus in angelos bonos aut malos mutari possumus, sicuti finaliter nos opus est in

salute æterna instar angelorū esse, & in Christū actū
 nō tantū anima, sed carne mutari, atq; adeo deificari,
 quod maius est q̄ in angelos mutari. qua ratione A-
 pocalypsis uocat ubiq; nomine angelorū homines,
 eo quod de illis scribit hominibus, in quos actu fines
 sæculorū deuenerūt. Hic est unus atq; idē spiritus Ie-
 su Christi, omnia formans & reformās, & sensim per
 rara experimenta sui cognitionē ecclesiæ suæ infun-
 dēs: perinde naturalibus, sicut & gratiæ exēplis fidē
 suę occultæ operationis faciens. Hic omnia ut uult,
 distribuit singulis, quorū donorū nemo ad hanc diē
 rationē intellexit: licet ex limo assidue animātia mul-
 ta, non secus opera eius animari cernamus, quā in
 nature uia. Quia ista omnia sunt eius opera, qui sem-
 per sine semine nasci debebat, ideo addere illius nati-
 uitatis carnalis miraculo uisum est. Sed quū hæc iam
 sit probata, et à bonis omnib. approbata natiuitas, ad
 finalē penultimamq; ueniemus. Quæ est enim in ip-
 so finalis, respectu nostri est penultima, tres potissi-
 mum gradus in se habens, antequam suum finem sit
 perfectē assecuta.

Finem uniuersi in hoc esse positum, ut ad æqua-
 tissimē intellectus noster natura ueri cupidus, ipsi ue-
 ritati aut tēporariæ, aut æternę proximæ, adhæreat:
 hoc uerò in omnīū naturalīū et supernaturalīū placi-
 tis est. Quū autē noster intellectus per uoluntatē apud
 filosofos, per uolūtātē autē & spiritū apud theologos
 in rerū etiā in se incognitarū desiderīū ferat, ueluti in
 infinitatis cōsiderationē quæ à Deo pēdet, per que-
 dā mediā à Deo ordinata in hunc finem deueniat o-
 portet. Frustra enim omnib. esset in appetitu, quod
 nunq; adesset in actu, Petit itaq; intellectus noster in
 finiti

finiti cōtemplationē, & per se non capit. Necessē est
 igitur per aliquod mediū sibi adēquatū & proporti-
 onatū capere & posse, quod est impossibile simplici-
 ter. Infinitum enim à finito nullo alio modo capi po-
 test, q̄ per mediū compositū ex duob. extremis, fini-
 tū uidelicet & infinitū. Sed ad diuersas res cōsequen-
 das diuersificari mediā opus est. Omnia esse suum
 per Mediatoris spiritum diuinitati unitum accepe-
 runt, sic omnia sunt creata. Postquam euerso genere
 humano non poterat aliter iustitiā diuinā infinitati
 cōgruēter satisfieri, quā ut finitus & infinitus Me-
 diator nomine omnium lueret, & per uia contrariam,
 diaboli mundiq̄ potentiam maximam conculcaret,
 & sensim opprimeret; opus fuit ut mediator creatio-
 nis, fieret etiā author recreationis seu redemptionis,
 peccata nostra portās in corpore super lignū, ut sic à
 suis maximē reprobatus aedificatoribus, postea ab il-
 lis & à toto mundo poneretur in anguli ecclesie Dei
 caput. Sed non satis est familiari & domestico remis-
 sam esse culpam & poenam, etiam quam suo se me-
 ruisse scelere iudicat: nisi rursus ad dignitatem con-
 templationis deperditā admittatur. Quamdiu enim
 foris est, nil scit, sed instar serui tantum audita credit,
 quē de regimine domus regie, ex qua eiectus est, ac-
 cipit, cum multa difficultate. Antequam itaque in
 sortem ad quam erat creatus homo, in eo loco ubi
 instituerat Deus, repedare possit, necessē est ut sen-
 sim inita cum œconomio familiaritate admittamur:
 animaq̄ tanquam digniore primū, demum etiam
 & corpore restituto, & de cibo illius regni satiata,
 sensim uita nostra corrupta spoliemur, & per modū
 substatiæ admissio super nostram essentiam Christo,
 actuali

actuali sacramentaliꝫ uita æterna uestiamur. Per mo-
 dum itaq; substantiæ ultimam natiuitatem instar ar-
 tis & naturæ fieri opus est. Per modum artis hoc mo-
 do: ut sicut uoluntate & consideratione intellectus
 facio omnia in materia, ueluti in corio calceũ, in pan-
 no uestem, in ligno, saxo, aut alia quauis materia sta-
 tuam, aut rem designatã, priusquã sint: & demũ ubi
 actu sunt facta, quæ erant in potentia tantũ, tunc do-
 no essentia perfectissima dum intellectus qui facit il-
 la, fit eadẽ (omnia enim quodãmodo sũnt intellectus,
 & cõtrã in ipso intellectu) & sic fit esse rerũ precedẽs
 actuale et intellectuale, immortaleq;: sic opus est om-
 nino ab arbitrio humani generis, in desiderium rei op-
 timẽ cõspirantis, hanc natiuitatẽ penultimã fieri. Per
 modũ naturæ uerò fit etiã, quia ex uoluntate ipsius
 mediatoris absconditã sui substantiam in materiæ &
 formæ fulcrũ assidue transfundẽtis, institutũ est sacra-
 mentum, quod nec Muhamedes coelitus ad corda fi-
 delium roboranda in Deo, uenisse negat, neo christi-
 anis longẽ melior. Sed quia imperceptibiliter in to-
 ta natura, substantia etiam ueri materialis delitescit
 sub uarijs accidentibus, ideo in hoc sacramento du-
 plici uia est Christus: una, ad panis uiniq; uisibilis ac-
 cidẽtia sustentanda: alia uerò, qua purẽ sine ulla acci-
 dentium adhæsiõne (quo uero modo nusquã alibi
 in tota natura est) sese instar diuinitatis, spiritus, men-
 tis, & animæ cum tota militiæ beatæ societate ubiuis
 uoluerit ecclesia ponit: & sic per uoluntatẽ superio-
 rum & inferiorũ unitã in hoc sacrosancto sacramẽto
 fit, conficitur, nascitur aut generatur. Sicut itaq; esse
 rerũ præstãtissimum per solã uoluntatẽ nostrã in in-
 tellectu nostro fit magis circa nos q̃ intra nos, sic etiã
 uoluit

uoluit ut pro summo officio, Deū hominem, abscon-
 ditum Deum Israel faceremus, ueluti summū huma-
 nę mentis in unionem cōiuratis specimen, ad hoc ut
 ubiuis factus, intra nostrum corpus admitteretur, &
 instar substantiæ consumptus indies, nunquam con-
 sumeretur. Nulla est finalis ad Deum ipsum uia, nisi
 ut qui animę corporisq; substantiam mortalem geri-
 mus, & omnino immutationi æternę ineptam, sen-
 sim dum illa aboleret, ipsam de sui creatoris substan-
 tia restauraremus. Sic & anima fiet infinitudinis ad-
 quam aspirat, actu capax, & corpus sensim ad spiri-
 tus naturam aspirādo perueniet. In nobis enim, hoc
 est in carne nostra, bonum non est: quū etiam Chri-
 stus ipse de patenti sua carne accidentiū spectris te-
 cta, dixerit: Caro non prodest quicquam, spiritus est
 qui uiuificat. Ideo Paulus eleuatus in spiritu, nec ul-
 lum nouit secundū carnem, nec etiā ipsum Christū.
 Christus enim incarnatus est absolute causa institu-
 endi sacramenti. Licet enim Christus fraudare uolu-
 isset naturā spectro uisibilis in forma humana Dei,
 (quali forma omnes gentes mente capere cogūtur)
 et in carne seipsum nō manifestare, tamen semper illi
 erat hac ad sui communicationem natiuitate opus.
 Per hanc enim natiuitatem inseritur super sterilē ani-
 mę corporis & compositi truncū, ut in inferioribus
 immortalitatem plātet, ad hoc ut duret in æuum to-
 tus mundus factus in innumeris hominibus immor-
 talis. Sic enim ut poterat, actu mundos innumeros
 creabit Deus, dum in singulis hominibus beatis sin-
 guli fuerunt in esse longe præstantiore, quā qui in
 materia & forma ab ipso Deo est creatus. Sic qui cre-
 dit in Christū & patrem, nō solum qualia fecit Deus

q

faciet,

faciet, sed longe maiora etiam in uniuersi aeterna creatione in suum finem semper reducta faciet. Hoc promisit nobis Iesus.

DE NECESSITATE ABSOLVTA ISTARVM
natiuitatum, & praecipue ultimarum.

EX comparatione finiti ad infinitum, eo quod finitum excellentissimum, finaleque, id est humana creatura facta est ad hoc, ut laudet cognitum & apprehensum Deum, de totius creaturae dominio sibi concessio, nascitur necessitas omnium natiuitatum Mediatoris. Nam eo quod sunt duo extrema mundi actus & per se immobilia, Deus eo quod omnia implendo non habet quo possit moueri, materia per se, eo quod de se esse non habet, tantum abest ut motum habeat: opus fuit diuinam uoluntatem ita mundo prospexisse, ut per mediatorem mobilem & immobilem esse & motus uniuersi produceretur, & sensim in suas perfectiones deduceretur. Creationis itaque angelorum & materiae primae gratia, opus fuit spiritum Domini finitum uniri infinitae sapientiae Dei, omnia in solo instanti per uoluntatem immutabilem & innouabilem ordinanti, ut ille diuinus spiritus Christi siue sapientia creata singulis temporibus partibus & indiuiduis assidue per applicationem conferret, quod diuina prouidentia non nisi in instanti per motum uolentem naturae inusitatum confundere potius, quam creare poterat. Quum autem sint substantiae separate diuinae ornatu mundi materialis absolutum ad merendum institutae, ut de uniuerso Deum primo laudarent, postquam per eminentiam omnia in Christo concepissent, demum ut diuina imperia in dispositione mundi sensim exequerentur: opus erat inter illos finitos

finitos & Deū infinitū interponi ipsum mediatorē, in quo eminenter cernerent, quę equiuallenter in diuinitate latebāt, & demū infinitū Deū laudaturi per ipsum illū mediatorē finitū & infinitū illū laudaret: demū ab ipso tanq̃ à redemptore opificij mundi particularia secundū rerū exigentiā acciperent, quę exquerent imperia, & sic rudē indigestamq; materiæ molē disponerent, primū illā à pūcto centrali dilatando in absidas, demum grauiā in centrū cogēdo. Nec enim est ullus in ipsa materia mortua & non enti spiritus. Et quia omnia in Christo facta sunt mobiliter, in Deo autē sunt immobilia omnia, ideo quū patris potētia primò uniat in centrū, filij sapientiā in circumferentiā tendat, cū spiritu sancto medio, materia prima ex atomo cētrali ducēs exordiū, in sublime prius dilatādo sese, instar fermenti distēsa est: inde arctata motu grauiū, ut in medio starent utrinq; cōposita. Sic cōtrario impetu creata incōperūt cum diuinarū personarū primis attributis. Inde factū est, ut sint ad sciendū duo pcedendī modi, à superiori ad inferius, & hoc est diuinū & ex ordine personæ patris tractū: aliud autē ab inferiori ad superius, & hoc est nobis à sensu in intellectu pcedentibus, p̃priū, & hoc est à filio. Sic opus fuit sensim disponi materiā, quę necessariò ortū habet quū à causa depēdeat, & quę sine uioletia per ebullitionē & cōstrictionē, seu per dilatationē & cōstrictionē uenit in hāc quā in cœlestib. & inferiorib. elemētis cernimus molē. Sēsim autē ita disponi nō potuit, nisi opera Mediatoris: cuius ideo & natiuitas, & spiritus creatio est ante omnia sæcula.

Secundæ necessitas in hoc est posita, dico secundā creatam, obmissa illa mediā qua angelos in se unit,

(nam omnibus supputatis hæc esset quarta, ut supra uisum est) in hoc inquam absolutè est posita, ut qui non potest à natura humana nisi in figura humana comprehendi Deus, tandem ne in omnibus ille appetitus frustra infusus esset, seipsum in corpore humano nostro persimili ostēderet, & qua ratione homo inferior ad imaginē & similitudinem eius in spiritu agentis, sic ut uideamus conditus esset, demonstraret. Inde uetustissimi Theologi, Deum forma humana infinita, facie ad Orientem cōuersa, brachijsq; in polos distensis ita imaginabātur, ut facies eius à nullo posset uideri in hac uita, sed cuius posterior pars, id est Deus homo factus esset, pro summo priuilegio, ipsi Mosi prophetarum sanctorum antesignano, uisibilis & ostensa. Hac de re est opus Deum carnem humanam absolutè accepisse, ut fidem naturalis appetitus faciat, Theologiæ palpabilem ueritatem ostendat, reueraq; ad talem imaginem nos in primo parente fuisse creatos demonstrat, modumq; illum quo possumus summum bonum consequi, in se uno demonstrat. Summus enim singuli ad hoc nati, ut fiamus omnes homines Dei, sicut est ipse naturalis & adoptiuus filius Dei, & Deus homo. Erimus enim per adoptionem & unionem cum illo, quod ipse est per unionem et adoptionem cum patre. Sed una maior necessitas absoluta est, quia per modum substantiæ confici ab ecclesia sua pro nostræ immortalitatis consequutione non poterat, nisi prius ipse actu carnem nostram, suis accidentibus in similitudinem nostræ obiectam, accepisset, unumq; suppositum ex diuinitate, spiritu, mente, anima & corpore faceret, qd ubicunq; uellet ecclesia sequendo eius institutionis usum,

usum, sub panis uiniq; speciebus per modū substan-
 tiæ purissimę sine ullis accidentium inuolueris deli-
 tesceret. Hęc est præcipua incarnationis causa, quia
 nemo sine incorporatione cum Christo in hoc sacra-
 mento facta, diutius, etiam suscitatus, ad statum im-
 mutationis puenire potest. Nisi enim omnes & sin-
 guli carnem Domini in hac forma comederint, & bi-
 berint eius sanguinem, non habebunt uitam æternā
 in se. Solus enim Iesus habet immortalitatem. Pecca-
 ti occasio, non incarnationis, sed passionis fuit. Ad
 soluendum enim immutabili iustitię offensæ infini-
 tum debitū, cui singuli finiti eramus obnoxij, opus
 fuit ut ille idem finitus & infinitus, per quem omnia
 facta sunt, uestitus nostra mortalitate ad patiendum
 apta, nostro omnium nomine patri æterno lueret, &
 tantis meritis fieret debito peccati superior, infinitū
 pœnitentibus lucrum accumulans, ut non sicut deli-
 ctum ita & donum. Nam nunquam permisisset tam
 pulchri opificij, ut est natura humana, ruinam con-
 tra naturā, ab hoste pessimo, & in uniuersum mali, si-
 ne ullo bono, autore, procurari: nisi ut illo uicto, to-
 tā eius prædam non solum auferret, sed in cōditionē
 reponeret longē prima meliorem, quod per merita
 infiniti & finiti mediatoris futurum in omnibus est.
 Quamdiu uerò unum solum à tempore Christi, mū-
 di imperatorē designatū habet satanas, est maius de-
 licitū & eius malū, quàm donū. Nā illa supereminen-
 tia doni non nisi in potentia est, diaboli autem ruina
 in actu est. Sed omnia ab æterna ordinatione ad hoc
 erant constituta, ut ueniretur ad natiuitatem substan-
 tiæ, in qua omnia Deus reposuit, non solum ad hoc,
 ut per eum, qui solus quatenus Deus est, habet im-

mortalitatem, omnes in animo & corpore immorta-
 litatem consequamur: sed ut naturæ & gratiæ studiū
 ita in corpore & animo cōpleamus, ut & uirtus pla-
 nē absoluta, & cognitio totius obscuritatis naturæ
 & gratiæ acquiratur. Virtus planē absoluta non nisi
 à diuinis et in integrū restitutis, ut à principio, potest
 haberi. Quū autem res omnes non habeant duratio-
 nem aut perfectionem, nisi per uim essentiæ & sub-
 stantiæ, pro arbitrio quandiu illi placet & durat earū
 cōpositū, illas in suo esse seruantis: opus est omnino
 ad hoc ut restituañ natura humana in integrū, ut actu
 corpore & anima, atq; ad eò totali sua essentiā Chri-
 stus in totis nobis sit, et hic in nobis habitās in uia im-
 maculata cōpleat quod hactenus in nullo cōpleri po-
 tuit. Licet em̄ iudicamus quæ sunt optima, tamen ad
 hāc diē sumus deteriora sequuti, eo qd anima quidē
 est reparata, quæ sola uolūtate trāsmutañ, corpus uerò
 est mortī obnoxiiū, officia cōfundēs animæ. Quū autē
 inter ceteras animi in uia pfectiones opus sit illā ob-
 scuritātē naturæ, quæ in abscondito latet, in sacrorū si-
 militudinibus deprehendere (literæ enim diuinæ in
 uia ad unius minimæ literulæ aut apiculi cōsideratio-
 nem sunt & cognoscendæ, et quid sibi uelint operib.
 probandū) ad eò ut in patria nil gerendū relinquañ,
 necesse est ut actu in omnibus participet indiuiduis,
 participabilis illa sapientiā, quæ omnia ad hoc ut à
 nobis cognoscerent creauit & disposuit. Nā alioqui
 frustra esset scriptū, quod non esset intelligendū &
 implendum. Siquidem in patria nil literarū aut ope-
 rum supererit. Quum autem singula creata in singu-
 lis humane nature indiuiduis, tanq; in suis imperato-
 ribus, sint beanda actu, materialia substantialiter, for-
 malia

malia & spiritualia cōprehensibiliter & intellectuē,
 necesse est, ut singula indiuidua humana actu de illa
 in inferioribus substantia participent, quæ omnibus
 naturis substantiale & uerum esse dedit, ut quod nul-
 lus actu potest, ille in nobis intrās, & substantialiter
 manens, suppleat, qui ante omnia sæcula ad nos usq;
 in singulis fuit. Sic omnis profligabitur in anima &
 corpore morbus, sublatis ab autore sanitatis erroris
 & symptomatum causis, ut nō solum nos, sed multo
 magis nostræ functiones restituantur, ubi olim sunt
 destructe. Hoc planè futurū est ex ea lege, quæ in om-
 niū mentibus est scribenda ad plenum, per quam nil
 obscuri in Dei cognitiōe erit, nedū in rebus creatis.
 Lex enim est causa uiatoris. Præterea collatio spiri-
 tus illius qui suggeret & docebit omnia quacūq; di-
 xit in summa obscuritate Christus, nō est pro patria,
 sed pro uia. Quare omnino opus est singulis saluan-
 dis in æternum, non solum restitui, sed per frequen-
 tationem Natiuitatis substantiæ Iesu, tale corpus &
 animam in uia nouam uitam acquirere, uiuendo si-
 cut in cœlo & in terra, ut nec lex illa frustra data sit,
 nec spiritus frustra suggerat clarè, quæ dixit Chri-
 stus obscure. Propter hos enim reges, qualis adhuc
 nemo fuit, gloria Dei est obscurum proferre uer-
 bum, ut sit horum regum gloria coniectando ex-
 plicare & factis exequi uerbum. Quum enim ad un-
 num iota aut apicem sint omnia facienda, certissimū
 est quod sint prius discutienda, exponendaq;. Sunt
 ergo causæ necessariae præstantissimæ huius natiui-
 tatis, restitutio suppositorum, loci, actionis, & ipsarū
 actionū, ut in suū cōplementū ueniant, soli Iesu pos-
 sibile. Ob id de eius plenitudine omnes accipiemus
 abundè,

abunde, sicut iam partim accepimus. Sine hac perfecta naturæ harmonia in uia restituta, & Deus sua uoluntate, & Christus sua applicatione desiderioq; & angeli suo desiderio, & ecclesia sua oratiōe qua orat fieri uoluntatē Domini sicut in cœlo & in terra, frui daretur. Falsi essent articuli fidei secundæ ætatis ecclesiæ, quibus hoc affirmatur bonorum et malorum, sapientum & barbarorum, doctorum & indoctorum, atq; ut in summa dicam, totius naturæ humanæ consensus hoc appetit, natura de hac re ingemiscit. Itaque ne ergo satanæ imperitarit potētia, ut diuinus, angelicus, cœlestis, humanus, et inferioris nature spiritus, uoluntas, uotum, nutus, desiderium & lamentatio, suo sine fraude in hac uita: Absit. Restitutio fiat ubi fuit destructio oportet, & non alibi. Nil in cœlo præter seipsum destruxit satanas: quare in cœlo nil renouationis est futurum, nisi pro motus cessatione. Sed non frustra nobis adest ubiuis cōsecratus in sua essentia Iesus. Sumat oportet, & in animo corpore et cōposito nostro nascat, nosq; occidat, atq; ueluti absconditis emblematis succū trunci trāsfundat, ubi iā nos ex syluestribus insitos anteq̃ abscinderemur fecerat. Crebra enim insitio est assidua melioratio. Super nostræ naturæ truncū uenit Iesus, et in emblemate in medio nostri agēs, quæ sunt nouæ uitæ commodat, infundit, uitamq; communem facit.

DE CONSUMMATA FOELICITATE, ET
nobis, & mediatori nostro communi.

Naturæ exemplo possumus tanquam per speculum conijciendo comprehendere, quæ sint maxima & ultima delicia creaturæ. Nam in Deo absolutæ sunt, nec ullo eget ad hoc ut sit illi maior alacritas.

tas. Est enim illa foelicitas absoluta, æternaq; à nullo re-
 spectu aut habitu rerum pendens, qua Deus in lin-
 gua nostra ab Hebræa in hoc nomine tracta dicitur,
 tanquam *Daïus*, id est, sufficiens sibi ipsi. Quum au-
 tem à quo est condita creatura, & maximè rationalis,
 ea tanquam indigna rerum æternarum semper in foelicitatem
 quandam sibi adæquabilem tendat: opus est
 necessariò, duce quodam superiori desiderio, cui foelici-
 tas sit cum nostra cõmunis, hoc fieri. Nec enim om-
 nia homogenea possunt unà conuenire in naturali ap-
 petitu, quin hoc à principio maximè talia appeten-
 ti, & assiduè nouis emanationibus hoc ipsum in sin-
 gula effundenti procedat. Sed exemplū materiale ma-
 gis docebit. Nullo modo singuli arborum rami appete-
 rent crescere, emittere gemmas, foliescere, florere, fru-
 ctificare & seminescere, & tandem ex semine in mor-
 tem pro noua natiuitate tradi, nisi hic instinctus prius
 in trunco esset, & antè in radicibus, & antè in ipsa ar-
 boreitate, sed ante omnia in actuali anima taliū appe-
 tituū motrice, quæ ipsa Iesus est, angelicis & naturali-
 bus potentijs omnia excitans. Sed si hoc in arido, quid
 in uiridi: si hoc in mutis rationibus destitutis animãti-
 bus uidetur, quanto magis putamus diuinitus incita-
 ti nostros ad foelicitatem motus? Nõ aliunde fit, ut pro
 uera foelicitate corruptibilē uanamq; præoccupemus,
 quàm quia incitatio bona est, sed delectus spontaneus
 est deprauatus. Deus quidem bene uult ab æterna or-
 dinatione omnes homines saluos fieri, sed uicissitudi-
 naria innouatriceq; uoluntate & applicatione, quali
 assiduè eget mūdus, tam in spiritalibus, quàm in ma-
 terialibus moueri impotens, cum hac mediatori dat ha-
 benas, potissimum hominis gratia, Sed ut ueri nascan-

tur fructus, opus est abscissione. Nam triticus terræ in
 hominis opera maledictæ gratia, fructus bonos in py-
 ro & pomo maximè non fert, qualium semen accepit,
 sed adulterinos, ita ut sit opus antequàm fructus ad per-
 fectionem ueniant, morte seminis, rescissione trunci, in-
 sitioneque aliunde decerpti emblematis aut gemme. Sic
 ut omnes possemus fructū in Christo facere, opus fuit
 uniuersi semen in eo morte premi, demum eundē de
 terra uiuentium abscindi, nos autem à diaboli arbore
 abscindi, & super Christi truncum inseri. Sed quū sit
 utile sapius mori, & reponi in emblematis, ideo sæ-
 pius mori nobis utile est, ut sæpius possimus inseri: mo-
 ri dico, nō peccati, sed uoluntaria morte, qualis est mar-
 tyrum actu, & singulorū Christianorū in uoto. Christo
 enim mortuo & absciso, non fuit satis perfecte aman-
 tibus à radice, & caudice trunco ue satanæ abscindi,
 & super truncum pro nobis abscisum, in morte perso-
 nali, sicut antè erat abscissus in arbore generali, à cuius
 integritate omnes per peccatū Adam excidimus, inse-
 ri: sed opus est, ut reuera sine nobis amemus, uolūtaria
 morte seiungi saltē semel, ad hoc ut omnino mortui si-
 mus, & uita nostra sit in Christo abscondita. Hanc per-
 pendens similitudinē Moses in spiritu sancto, propo-
 suit illam de arboris plantatione legē in rerum natura,
 alioqui impossibilem: Quando ingressi fueritis in ter-
 ram, finalem, ad cuius possessionem tenditis, id est, le-
 sum, quæ terra salutis est, & plantaueritis in ea ligna
 seu arborem cibariam, ex præputiabitis præputium e-
 ius, fructum uidelicet ipsius: tribus annis naturæ, scri-
 pturæ & euangelij, erunt uobis præputiati fructus,
 nec comedi debent. Prima enim mortificatio seminis
 est in tempore legis naturæ ad condemnandū seipsum
 in ani-

in anima, tanquam qui Christum mediatorem in eo tempore per parentes primos, & nos ipsos crucifiximus. Secunda fuit in illa longa abscissione per fidem & circumcisionem, cum innumeris sanguinibus, nos à nobis & à diabolo auellentē, ut super uitam Christi abscisam, per nos & pro nobis in sereremur, nō habentes nostram iustitiā, sed illam quæ ex fide est Iesu Christi. Sed tertio anno & animū conspeli per baptismū in mortē, & corpus ipsum unā per uoluntariā rerum omnium prosperarū ab ipso separationē: qua de causa etiā mortē cōcomitari hanc ætatē oportuit. opus fuit uerò tertia uice circūcidi & abscindi, ut quarto demū anno sit totus fructus ipsius plātatae arboris sanctus, siue sanctitas laudationū ipsi Domino Iehoua. Quinto autē anno deificati iam comedemus fructū eius, facti omnino sancta terra & Christi actuales, ut addat nobis in æternum prouentus ipsius Iesu, terræ finalis mundi. Hanc uicissitudinem diuinorum mysteriorum, quam ne cognouit quidē ad hanc diem mundus, opus fuit quoddam superius agens, in generali & particulari humanum genus actu inhabitans, cum desiderio in finem perducendi, assidue perq; uicissitudines procurare, cuius desiderij finis sit unā cum nostro appetitu positus, ita ut respectu tantī boni, quid oremus sicut oportet nos nescire fateamur, sed ille uniuersi spiritus postulet pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Nos itaque ad hanc diem iam à poenitentia Adami in se replantatos conduxit Iesus, per incognitas semitas semper amaro & immundo præputiatoq; fructu, donec ad istius anni quarti ingressum ducti uideamus, iam ter nos esse circumcisos, poenitentia, circumcisione, morte: & tandem nos omnes facere fructus laudabiles Domi-

no, quando reuera terræ sanctæ humores in nobis sine adulterationis acerbitate representabimus. Negotium enim gratiæ est omnino simile actioni naturali arte adiutæ. Natura quidem terræ hoc appetit, non solum ut fructus, sed ut præstantissimi fructus ex ea, per arborum & animalium canales & instrumenta nascantur. Sed nisi moriatur semen in terra, & ubi renatum creuerit abscindatur, & surculo aut gemma decisa saltem inseratur arbor, ita ut duæ saltem abscisiones in unâ nouâ uitâ coeant, terra sui desiderij finem non potest consequi. Sic terra uiuentium mediator Dei & hominum, in quo credit uidere bona Domini David, alioqui omni corruptibilis foelicitatis parte beatissimus, desiderat iam à quo condidit angelos, ut sit fructus eius omnipotentia in toto mundo notus, & laudabilis Domino, per ipsius membra: non tamen suum potuit consequi mysterium, priusquam actu eius ipsius substantia totalis sit unita singulis humanae naturæ indiuiduis. Sed sicut natura liter uidemus terræ nutum, non aliter suam substantiam in summa perfectione ostendere, quam cum in summos ramos deuenit, post triplicem illam recessionem à uita priore: sic nec potuit noster Iesus reuera suos fructus peccato perditos, in humano genere demonstrare, nisi ipse actu per modum substantiæ (id est, præstantissimo quo fieri potest modo) in suis membris ter ex præputiatis inhabitet, & unâ cum dictis membris regnum Deo & patri reddere sattagat. Deus uerò ex uniuerso nil nouit sibi uniendum, nisi Christum solum. Quare nos omnino actu spoliari nobis ipsis, & Christo uestiri opus est, & facere maiora ante Deum opera, quam Christus de ipsius Christi gratia: quale est consecrere ubiuis corporis Christi sacramentum, & sibi mysterio

steriosè uniri, quòd solus ipse Christus facere ordinariè, donec ecclesiam actualè haberet, non potuit. Hæc est summa membrorum Christi, & ipsius Christi cupido & uoluptas. Hic est enim fructus ligni scientiæ præstantissimus, quo nunc decerpto post tempora pœnitentiæ, & recreationem mundi, fiet Adam ordinatus, & à satana non amplius seducibilis, immortalis & similis Deo. Hoc est, quòd Christus in spiritu suo sancto, ante mundi constitutionem dicebat: Et deliciae meae, esse cum filijs hominum. Sicut enim quod primum est in mente, est ultimum in effectu, & in causa est ut quouis labore quarantur media ad illum finem perfectè consequendum: sic summæ deliciae mundi, quæ ipsi Christo & angelis eius iam à constitutione mundi appetuntur, sunt, ut ipse Iesus in minimo suorū seruatorū maior uideatur, quàm facile de illo ipso à toto mundo credatur. Sunt enim hæc posteriores gloriæ Christi prænunciatae ab omnibus profetis, in corpore sacrorū tam per literā, quàm per allegoriā, ad finē usq; complementi Apocalypseos, in quæ mysteria actualia desiderat angeli prospicere: nec prius reuera aut Christus ipse aut angelus, erūt in solida beatitudine. ¶ Actū in hoc inferiori mūdo uniatur ipse Christus cum singulis humanæ naturæ indiuiduis, in integrū restitutis, & in ipsis non iam imperfecta & permissiua opera faciat, sed per omnia ordinata, ita ut actu omnes animæ suæ sint, & omnia diaboli membra cum ipso ligata. Ideo nulli resurgent natura impij in hoc longissimo iudicio, neq; peccatores in concilio iustorum: sicut ad hanc diem omnes sine sua culpa prius damnati, quàm nati sunt editi, de qua iustissimè accusare Deum possent, nisi aduenirent tempora refrigerij, in secundo aduentu Christi

sti, in quo omnibus & non aliquibus tantum ueniet,
 sperantibus se in salutē. Ideo Dominus ostendit spem
 beneficij à creatura bona, nedum à Christo impetran-
 di à damnatis nō perijisse, quum perditus diues postu-
 let à Lazaro guttulam aquæ. Satis abundē est æterni-
 tatis supplicij, in creatura humana per separationem
 actualem à Christo, pœna una hora, imò uno momen-
 to, nedū mille & pluribus annis ad excoctiōnē sceleris
 mundi, quū infinitatē totā omnib. sperantibus aut ali-
 quid ipsius Iesu expectantibus, ipse Iesus patri infinito
 exsoluerit. Abundē satis est, quòd satanas suis mem-
 bris zizaniolis immedicabilibus & obstinatis diues,
 qui sunt ipsius angeli, ferat pœnas æternas. Quamdiu
 enim illorū quos dedit Christo filio suo pater, aliquis
 ab ipso Christo separatus foret, qualia sunt omnia syn-
 ceræ humanitatis indiuidua membra, nec Christus
 nec angeli unquā reuera beati esse possent. Qui enim
 de uno poenitente gaudent, de uno nō poenitente do-
 leāt opus est. Multo uerò maximè, si persistat, ita ut in-
 ferno adiudicetur, quū sine sua culpa sit in peccato na-
 tus. Cōsummata itaq; fœlicitas & Christi & nostri, est
 tanquā capitis & membrorum, totius & partium, ita ut
 nō prius cesset gemitibus inenarrabilibus nostro no-
 mine postulare, quàm integrū corpus suū uti ab initio
 receperit glorificatus ea claritate quam habuit prius-
 quam mūdus fieret. Hoc uerò cōsequitur Iesus, totam
 naturam restitutā, nō accidentario, sed substantiali cor-
 pore, singulis instauratis ministrādo, & uisibili corpo-
 re quoties & ubicūq; uoluerimus nos cōsolando. Hic
 est ultimus articulus fidei apud Ismaelitas & Isaacitas
 carnales, quòd Iesus, siue uerus redemptor & saluator,
 unā cum suis peragrabit uniuersum, omnes creaturas
 ad

ad Dei laudē conuertens in homine, licet enim uerbis differant, est omnium communis sententiā in hunc modū. Sed alia alacritas ipsi Iesu, & singulis membris cōmunis in huius natiuitatis mysterio est, quia quum omne iudiciū dederit filio pater, ipse autē neminē iudicet, mediū repertū est cōuenientissimum, quo & nullū & singulos iudicet. Iudiciū enim à Christo actualiter fieri iam ante mille quingētos annos cœpit, à quo dixit Christus: Nunc iudiciū est mundi, nūc princeps mundi eijciē foras. Sensim enim omnia sua opera Deus per Christū facit & faciet, præter montiū in sublimē elevationē, & futurā immutationē, quæ fiet in momēto & nictu oculi. Sensim enim suū corpus, quod nihil aliud est quā unus homo latissimē sparsus, restituit Iesus per repositionē sanitatis in eo, ita ut longissimis temporibus agat unā solā quam nos putamus momentaneā actionem, humoresque unius ætatis in ceteras sensim trāsfundat, semper suā substantiā subministrādo, secundū quod possunt ætates ferre. Inde necesse fuit, in quib. semper in singulis ætatib. beneplacitū est Deo, ut cū summa lætitiā & sua & suorū sese cōmunicauerit, quādo omnes patres nostri, id est, filij pœnitentis Adami & credentis Abrahami sub nube positi cōmedebant & bibebāt de petra omnes cōcomitante, licet pauci illā per uitæ p̄bitatē receperint. Fuerūt summę delicię nostrę in anima medelā recipere, sub Adami pœnitentiā. Multo maiores per sacrificia exteriora, gratificari cum pura cōscientiā illi quē Deū credidimus, quia ubique semper nobis uita nostra abscondita associabat, licet diuersis uirtutib. & ritib. in Deū ferremur aut quærendo aut habendo. Multo maxima facta est illa alacritas, quę crucē pro delictis habuit, quia nil in malis ponere præter offensam amici

amici summū potuit. Hic uerò incepit Iesus micissimum illud iudicium facere, quia tempus erat ut iudicium à domo Dei inciperet. Sic animarum moles est dulci reparata iudicio, ut sensim recurrat aetas, & princeps huius mūdi est eiectus foras. Sic dum anima Christi sanguine per conformitatem uitę Christi in patientia positę tingitur, ab ea diabolus separatur. Vt autem & corpus ipsum etiam à materia zizaniorum, à malo homine diabolo superseminatorum purgetur, opus fuit non solum dolore mentali pios omnes torqueri, & Christo fratribusq; compati, sed in ipso corpore sanctorum ad hanc diem necesse fuit, ea quę deerant passionibus Christi adimplere, pro corpore Christi quod est ecclesia, in qua passione & in Christo per compassionem mentalem, & in membris fuit summus dolor, & summa alacritas. Vita enim Christi est in singulis patientibus membris recrucifixa assidue. Nō enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus & afflictionibus nostris, quum fuerit per omnia tentatus, instarq; arboris, si sensum haberet, dum rami ab ea auelluntur: sed potissimum uti dum singulę, & in primis sensibiles & uitales partes à corpore ualde sensibili abscinduntur. Vbi uerò summus moeror de passione est, illic summa alacritas de uictoria diaboli est. Sic sensim primum iudicium factum est: sic actu ligatus est satanas, ne seducat amplius gentes: sic sibi omnium reuiniuit animos Iesus, qui spem in eo habuere: sic in omnium uiuentium animis nunc lætatur, uiuentium dico, qui unquam Christo donati sunt. Ideo iussit me Iesus, postquam uniuersi recreationem mihi reuelare dignatus est, ut consecrem in suum corpus & sanguinē, quicquid apposituē in cibo potuq; sustentat

tū genus humanum: quod iam pridem facio, non ad
 hoc ut colatur in ea specie nisi quatenus cognoscit,
 & est in loco ubi fideles adorare soleant. Nam quum
 sit sacramentum in suo esse præstātissimo, quum ad-
 hæret corpori humano more substantiæ, nemo ta-
 men adorat corpus humanum. Hoc autem iubet æ-
 terna ratio fieri, eo quòd sicut per solam Christi sub-
 stantiam, in omnium rerum, sed præcipue in humana
 natura, omnia subsistunt, illa immaculata & ab omni
 parte impassibili permanente, et subsistunt per uiam
 naturæ, ut uocāt: sic nunc sensim per uia gratiæ & sa-
 cramenti eadem substantia pura renouetur sensim in
 genere humano, ut sensim Christi gloria in tota ma-
 turescat natura. Sicut enim per gratiā illius luminis
 participabilis, illuminantis omnem hominem, leges
 Dei scriptas in suis cordibus ostendunt qui lege scri-
 pta carent, aut illam male intellectam habent, & per
 conscientiæ testimonium fiunt Christi ab illis inco-
 gniti membra: sic etiam pro corporis restitutione o-
 pus est ad perfectam Christi nostriq; alacritatem, ut
 per latentem & incognitam uim sacramenti tota na-
 turæ massa sensim reformetur, & à peccatis purge-
 tur. Post buccellam enim nō potest amplius intrare sata-
 nas: sed quæ adhuc delicta regnant, in uirga uisitari
 ita oportet, ut nūq; misericordiā suā auferat à nobis.
 A nobis ita intelligo, si homines, et nō spectra, Simo-
 nisq; progenies sumus. Licet enim talibus in restitu-
 tione infinitas offeret & cōferet gratias Christus mi-
 sericordiā inuincibilis, tamen in fine illi extollentur
 supra omne qd dicitur Deus, pœnisq; adiudicabun-
 tur æternis, qui seipos nunquam iudicare sategerūt.
 De talibus damnatis nunquam erit molestia bonis,
 s quia

quia instar patris illorum diaboli tanto magis obstinate peccabunt, quanto fuerint saniores & anima & corpore facti. Tantum uerò abest ut communis alacritas Christi nostris inde minuatur, ut ferè à nulla re magis augeatur. Sicut enim in hac uita corruptione (ut homo corruptus loquor) sic in uita æterna nulla maior pijs alacritas esse poterit, quàm quàm uidebuntur impij, quibus non solum super tria scelerata pepercit Deus, eo quod semper tribus ætatibus in originali peccato sunt nati, & misericordia digni, sed omnis integritas ad bene agendum, etiam summis angelis par, fuerit restituta: summa inquam erit alacritas, in æternis uidere tam impias creaturas supplicij. Sic opus est ab eiusdem natiuitatis sacramento seu incorporatione cum Christo sole iustitiæ, duos finaliter in eodem subiecto effectus fieri. Aquæ multæ populi sunt. Idem sol ex eadem aqua bis à terræ superficie remota, & assidue per casum superioris maris & fluminum ingressum dulcorata in mari facit, ut aliqui in sublime uapores eleuentur ad refrigerium, sed in iisdem aquis socordia stagnescentibus facit sales. Sic frigus facit ibidem liquabilem glaciem, & infusibiles crysallos. Sic instar naturæ Christus autor illius agit. Imò ipsa nil per se est aut agit. Sicuti itaque in anima per fidem adducit intelligentiam, & adæquatam ueritatis contemplationem: sic per suam substantiam, quæ totam naturam stabilis in indiuiduis ad hanc diem mundum & præcipue humanum genus fulciuit, ut tandem ipse per latentem sui substantiam sacramento sancto ministratam ipse totus in singulis humani generis indiuiduis emergat.

Et sic

Et sic quum apparuerit esse Christus uita uestra, tūc nos cum ipso singuli & uniuersi apparebimus in gloria, ad quam nos breui pro sua uoluptate traducat.

DE HORVM MYSTERIORVM

natiuitatis finalis frequen-
tatione.

Sicut inuisibilis substantiæ panis uiniq̄, aut earum rerum quæ instar illorum sunt, ad alimentum humani generis usitata, quotidiana subministracione conseruatur assistentia diuinæ substantiæ Christi: sic opus est omnino, ut renouatus homo planè reficiatur, & à diaboli laqueis omnino liber educatur, per Synaxeos usum. Sicut enim in toto naturæ cursu uidemus opus esse tempore, instantia, & assiduo ad uitam naturalem supplemento, ad hoc ut res possint sibi concreditum esse conseruare, inq̄ suum finem deducere: sic ad perfectum animæ corporis que complementum tempore instantia & continuo supplemento est opus. Inde opus fuit angelos longissimis ante numeratum motum cœli seculis meruisse cum instantia & difficultate: quod ut possent, assidue pane substantiæ Christi, ut ab illis participari potest, opus ipsis erat. Quum enim Deus sit omnino imparticipabilis creaturæ, creatura aut à se non habeat substantiam, necesse est ut ipsis se angelis assidue cōmunicet Iesus. Inde panem angelorū manducauit homo. Quū enim Deus ueteris testamēti facta exposuerit inter duo mundi corrupti extrema in uno facinore exhibitionis Man, exposuit & factum præcedens, & continuum & futurum. Præcedens est, qd angeli inter merendū in suo deserto agentes, anteq̄ in suæ terræ fructu ingrederent̄, comederūt

de illo pane, donec eius uirtute est electus cœlo satanas primus Cananæus, Hammalechitesq̃. Cōtinuū, est factum ecclesiæ, positum in lege naturæ scripturæ & gratiæ, ubi panis uiniq̃ mysterium à sacerdotibus nomine omnium est Deo oblatum, & ab illis potissimum susceptum, donec omnes quod nunc licet, possint Manna comedere, quoties uolent, in hoc regno Dei, ubi fiet uoluntas Dei sicut in cœlo & in terra. Ad hoc enim sumus creati, ut hic simus sacerdotes, regnum, & reges, & Dñj, nobis suppeditare manna de die in diem potentes. Sicut enim scriptura nil tradit, quoties in die uti liceret sacerdotibus panibus propositionis aut quoties filij Israel de suo Gomor comederent, dummodo constet utrosq̃ quotidie uti solitos pro suo uoto, sapiusq̃ in die aut semel sumpsisse, sic de futuro nunc seculo erit. Nam quotidie saltem semel comedere genus humanū solitū est, quod non poterit amplius facere, sine latenti Christi consecrati substantia. Qui autē sapius, sapius. Sic in Christo baptizari non baptizatos oportet, donec omnes aperta porta intrent. Sic uitæ spiritualis incrementum sensim & ab obscuris exordijs opus est fieri, sicuti natura apparens, semper diu est in uita, antequam seipsam sentiat esse. Hæc uirtus à matre ecclesia & patre Christo sumpta, antequā sensibilem spiritualem uitam habeant, non tantum illis prodest, sed eorum liberos ab originis eximit delicto, donec per agnitionem Christi ex professo uniantur, & cognoscant, sicut & cogniti sunt. Nisi enim his uiuificib. sibi præriperet inuito satana imperium, illudq̃ per cibi potusq̃ applicatiui uirtutē Christus augetet, sicut in angelis fecit, nunquam reuera

uera fieret uoluntas eius, sicut in caelo & in terra.
 Duce isto cibo indumenta nostra in deserto non ue-
 terascent, quia uis mannae istius conseruabit à mor-
 te: sensim tamen operando, quod in Hanocho, E-
 lia, Iohanne, Christoq; cum Elia & Mose transfigu-
 rato, egit spiritus sanctus. Nam nil momentaneum
 in suae ecclesiae ministerio facit Christus, praeter sa-
 cramentorum impressiuas uirtutes, quae in hoc solo
 sacramento materiam sibi seruarunt. Licet autem in
 instanti conficitur, non tamen in instanti operatur,
 quia sese accommodat nostrae capacitati Iesus. Nam
 nemo repete fit optimus, aut pessimus, nisi qui per-
 fectione & capacitate angelica esset, ut in instanti ab
 angelo in diabolum transfret, cui ipsi tamen in caelo
 trium aetatum remisit rebellionem Iesus. Nullum est
 dubium, quin Apostoli & primitiuae ecclesiae Chri-
 stiani, dum quotidie frangerent per domos panem,
 saepius in die communicassent, quia essentiae Chri-
 sti praesentiam semper in se gestantes, nunquam ac-
 cumbabant, quin prius panis & calici benedixissent,
 quoad res est in ecclesiae templum materiale redu-
 cta. Nam non solebat primo reponi aut coli illic Chri-
 stus (licet in hoc mysterio magis merito quam in pa-
 tenti corpore sit adoranda haec terra, ut aiunt sancti)
 sicuti in ecclesia Aethiopica hodie obseruatur, ubi
 saltem bis in hebdomada communicatur. Statim ubi
 desijt ille quotidie sumendi sacramenti feruor, cessa-
 uit & religionis incrementum, exorta barbaries cum
 tepiditate est, & singularis ferus depastus est uine-
 am. Barbariem uoco uitiorum in ecclesia, & inua-
 lentium impiorum contra ipsam. Christus suos in-
 animans, faciebat ad martyria ferenda fortiores & a-
 lacriores,

laciōres , quān nos ipsi nunc simus in illis quo-
rum sumus autores ferendis . Opus erit itaque ,
ut quanto magis restitutio inferuescet , tanto fre-
quentius communicetur , dum panis in toto mun-
do determinatē pro naturæ humanæ usu consecra-
tus reuelabitur . Vbi res à sua simplicitate ad mul-
tiplicitatem cultuum cœpit trahi (sic poscente na-
turæ nostræ immaturitate , nondum mente satis e-
leuata) tunc præceptis cœpit iuberi , quod antè spon-
te fiebat . Itaque circiter quinquagesimo anno Chri-
sti , Anacletus pontifex maximus statuit , ut omnes et
singuli Christi fideles quottidie sacra sumerent , aut
ab ecclesia uti excōmunicati pellerentur . Singulis e-
nim diebus semper Romæ facta sunt sacra , quibus
adstantes debebant non solum interesse , sed com-
municare : quæ pueris etiam in fide parentum da-
bantur , ut hodie totus Oriens & Meridies seruat , in
ipso statim baptismo communicans , quod à tota
ecclesia diu est factum , ut præpararemur ad hoc tem-
pus in quo tota natura humana mysteriorum igna-
ra , in fide parentum membrorum ecclesiæ commu-
nicabit quottidie sapius , donec sit rationis capax .
Licet autem grauissimè seruent statutum de non spu-
endo Aethiopes , qua die communicarint , tamen in
eo quod pueris fluenti sapius ore tradunt mysteria ,
ostendunt ueram intelligentiam sacramenti omni-
no immaterialis & impulsibilis , donec sit in applica-
tione corporis & animæ in sanguine positæ . Quod
autem Anacletus statuit , non fuit eius statutum , sed
articuli unius in Canonibus apostolicis positi repe-
titio & inculcatio . Ambrosius , et antiqui interpretes
scripturæ , exponendo petitionem panis quotidiani
in ora-

in oratione Dominica, intellexerunt de sancto sacramento, quod quotidie à quotidie cadētibus debeat sumi. Litera euāgelij satis docet, quū uocat panē sup̄ substantialē, & dicit quotidie peti. Miracula de panibus, non intellecta in euangelio ab ipsis apostolis, notant hanc distributionē corporis Domini, quam nec ipsi sumentes, nec ipsi distribuentes intellexerāt: sed solus ipse Iesus. Sed reuera quotiescunq; comedimus et bibimus, ex uerbis Domini hoc facere in eius cōmemorationem iubemur. Hoc facite, ait, quotiescunq; sumitis, in meam cōmemorationem. Sic enim intelligi debet: Quotiescunq; sumitis cibum aut potum, hoc facite in meam cōmemorationem: prēmittite mihi primitias cibi & potus, ut accipiat is uitam in uobis. Sed fuit opere precium obedire, quū à solo sacerdote debuerit ad hanc diem confici, donec aperta porta omnes sponte possint sibi benedicta, & in finem unionis cum corpore sibi preparata desumere. Fiet tunc ut quotidie sumatur, secundum Augustini & aliorum concilium. Desument itaq; in finem usq; mundi quum uolent, quod iam est in uniuerso hoc nomine benedictum à Iesu, ita benedictionis uim distribuyente, ut non minus apponant suam substantiam nostræ, cibi terræ nouæ, quàm nostri, pane uinoq; constantes. Panis enim & uinum apud Iesum est, quicquid loco illorum est.

DE ADMIRABILI VIRTUTE

mysterij quartæ natiuitatis.

Quū nil admirabilius Deus in corruptibili natura q̄ uitā fecerit, certissimum est cōseruatione & instauratione eius nil posse admirabilius uideri.

Quum

Quam autem constet, aut mundum esse frustra crea-
 tum, & à nulla causa regi, aut præstantissimi finis gra-
 tia proflare, uidelicet ut in æternum apud Deum æ-
 ternum, in intellectu humano, suo composito defe-
 cato uestito, seruetur & uiuat: necesse est, ut uita in
 singulorum hominum morte deperdita, restituatur.
 Certissimum est enim in naturæ beneficium, & non
 in dispendium, esse omnia creata: quæ si non maio-
 rem fœlicitatem consequerentur, quàm quæ hic ui-
 detur, nec aliud quàm istas præclaras miserias homi-
 ni omnium imperatori in præsentí adferrent, pro-
 culdubio infœlicitissimū omniū creaturarū hominem
 cõstituerēt. Cõstat, omnes homines mori. Aut refur-
 gere, aut frustra omnia facta esse, opus est. Quū om-
 nia sint ab infinita potētia et sapiētia facta, necesse est
 hominē absolutè ad uitā æternā esse institutū, siue si-
 ne morte, siue ex morte ad uitā. Inde à Christianis, Is-
 maelitis & Iudeis creditur resurrectio. Sed quū à cor-
 ruptibilibus ad hanc diem orti, educati & seruati, nõ
 potuerimus absconditæ in nobis mediatoris substan-
 tiæ seruare consortium: opus est, quum uitam rece-
 perimus ad immortalitatem, aliunde eius durationē
 quàm à corruptibilibus dependere, & peti. Nisi itaq;
 actu singuli homines in uitam æternam traducendi,
 comederint carnem Iesu Christi actu, & biberint e-
 ius sanguinem actu, non habebūt uitam in se, uitam
 inquam æternam. Nam ista corruptibilis, sine ulla fi-
 de aut spe in Iesum, etiam à perditissimis habet. Un-
 de necesse est illa uerba intelligi de alia uita, quàm de
 præsentí, quæ ipsa sit restituta, nulloq; alio modo in æ-
 ternum durare potest, q̃ per cibi immortalis & incor-
 ruptibilis

ruptibilis esum & potum. Licet itaq; sanctorū mentes in Christo aut paradiso terrestri, ut aiunt Iudæi, dormire & beari dicantur, tamen absolute sibi sensibilem in se & per se beatitudinē recipere nō possunt, nisi repetito corpore restituto, in cuius contubernio uitam illam recipiant, quę non nisi per carnem & sanguinem uiuificum, quotidie sapius in ecclesia inferiori sumptum, poterunt habere uitam æternam. Prima itaque & admirabilis uirtus Christi, in hac sua natiuitate substantifica, et accidentibus omnino destituta est, quod assiduo esu uitam dat immortalem, primo in anima, deinde in corpore, postremò toti composito ex utroq; ut quarto omnium finis uniatur bonitati æternæ, in qua creata est tota natura, nostræ solius gratia. Nullo alio modo possunt intelligi supradicta uerba Christi: licet ab interpretib. sint ob ignorantiam conditionis suscitatorum aliter contorta.

De uita enim præsentis non dicere, clarum est: quia perinde & qui comedunt, & qui non comedunt, moriuntur, tam spiritaliter quàm sacramentaliter comedendo. Quare necesse est intelligere de uita per resurrectionem restituta, quæ non nisi subministratio-
ne uitæ æternæ, in ea carne & sanguine delitescētis, potest haberi. Hoc admirabile mysterium Dauid in nubis וַיְהִי hau, Psalmo 1.72. notat his uerbis: Erit buccella frumenti in terra, in capite montium, commouebit quasi libanus fructus eius, & pullulabunt de ciuitate sicut herba terræ. Quod autem intelligatur de pane sacramentali & naturæ instauratore, secundum sententiã omnium interpretum uetustorum וְהָיָה Seudah bonum summum huius uitæ ponentium, patet textu Thargumi, sic dicentis: Et erit substantię di-
t uinæ

uinę panis in terra, in capite montiũ, cõcitabit sicut li-
 banus fructus eius, & germinabũt de ciuitate Ierusa-
 lem sicut foenum terrę. Sensus huius uersus est: quan-
 do tota die benedicetur ipsi Messię, erit placenta fru-
 mēti, in qua latet substantifica immortalitas, in terra
 nostra humana: cuius gratia sunt omnes terrę. & nõ
 solum erit in terra nostra dante tunc fructum suum:
 sed erit in summis mōtium, ita ut ne diuinitatis qui-
 dem mons altissimus sit excelsior, quia in eo etiam i-
 ipsa diuinitas delitescit mysterio, & mouebit fructus
 eius sicut Libanus. Sicut enim mons altissimus & ce-
 leberriuuus in terra sancta, unde cursus Iordanis flu-
 uij, & maxime cedri procedunt, est Libanus, in typũ
 diuinitatis positus ab omnibus 72. senibus, sic expo-
 nentibus ut à Mose acceperunt: sicut, inquam, ille
 Libanus diuinitatis per Christum operas cõcutit to-
 tam naturam ad uitam, ita ut demum per se ipsa mo-
 ueatur: sic fructus huius bucellę frumenti faciet, ut
 turgescat, & per se ad immortalitatẽ tota natura hu-
 mana moueatur, suumq; finem possit consequi. Pul-
 lulabunt uerò de ciuitate Ierusalem, id est de ecclesię
 gremio, & unitate in sacra mysteria per fidem conspi-
 rante, sicut herba terrę. Sicut enim terra nostra, ex
 qua nos secundum meliorem partem nostri sumus:
 id est Christus, ex quo omnis natura humana, nos in-
 star herbę, in hac tertia die geneseos fecit, qui ipse
 est herba uniuersi greges cibans: sic & ipse panis sub-
 stantificus faciet, ut de gremio ecclesię procedant su-
 scitati & restituti in abundantia mirabili, qui erũt om-
 nes filij Dei: in quibus uerbum caro fiet, & habitabit
 in nobis. Nam qui eum panem recipiunt, qui dat ui-
 tam mundo, non amplius ex sanguinibus, aut ex uo-
 luntate

luntate carnis, aut ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati
 reuera sunt, eo quòd uerbum caro sic fit. Et ideo ui-
 demus naturæ in Deum sperantis gloriam, quasi ip-
 sius unigeniti: quia, quando apparebit esse uita no-
 stra, tunc cum illo apparebimus in gloria. Si enim de-
 dit nobis filium, omnia dedit nobis cum eo. Virtus
 primaria hæc est, quod fundat nouam uitam, tam in
 anima quam in corpore: demum frequētandò, sicut
 cibus corporis acquiritur per eandem natiuitatē im-
 mortalitas, post illam autem deitas: & sic fiunt ex i-
 pfa omnia quæ nobis erant impossibilia, sicut est per
 fecta dilectio Dei & proximi, quam opus est in uia
 & nō in patria cōpleri per huius incorporationis uir-
 tutē, quæ ad hanc diē non potuit suum finem conse-
 qui, eo quòd corpus adhuc erat mortī obnoxiiū. Nec
 enim potuit fieri aliter absoluta redemptio, aut medi-
 cinæ acceptio, quam erat facta preparatio: sicut una
 etate sub Christi pōtificatu in umbra Melchisedeci e-
 xacto præparata est anima, sequēti autē etate corpus:
 sic primo aduentu medicari animæ tantū Iesus debu-
 it, donèc ueniret tempus corporis medendī. Semper
 quidē in Christo fuit illa uolūtas & tēpus, sed in no-
 bis nondū potuit esse. Ideo uirtus illa ineffabilis tēpe-
 rata est secundū etates, ita ut tātò magis creuerit, quā
 to magis potuimus sustinere. Vnde tam admirabilis
 nūc infundit in homines hodiē uirtus Christi p hanc
 natiuitatē, ut plus uno diē immutationis sit futurum
 in homine, q̄ mille centū aut decē annis in lege natu-
 re, scripture, aut gratiæ. Sūmis enim morbis qui sunt
 in carne, summa remedia adhiberi opus est. Veho-
 mētia uerò uirtutis in sacris rebus, Deo q̄ dicatis, &
 nomine Dei fieri solitis, arguūt ex ira Caini in Hebel:

Ex ultione Corah, Datan, & Abiram: ex pœnitentia
 Mariæ, ex uisione arcæ in regressu à captiuitate Pale
 stina, in ultione Hosie sacra attrahentis. Sed patet in
 principio Christianismi, ubi statim pro magnitudine
 odij aut peccati in Deum aut fratrem, cum commu
 nione intrabat mors, aut morbus, ultor contemptus
 diuini, & uiolatae charitatis. Hac de re dicebat an
 tiquitas 72. senum auditorum Mosis, esse duos ma
 gnos pisces Leviatan, masculum & fœminam, sed o
 pus fuisse refrigerare aut castrare eam fœminam, ne
 alioqui euerteret mundũ. Duo pisces sunt unus Chri
 stus in aduentu patenti primo masculus, in latenti se
 cundo fœmina: sed tam ardenti calore fœmina in sa
 cramenti mysterio, ut nisi suam refrigerasset uirtutẽ
 Iesus, illa uirtus omnes combussisset. In impios enim
 post buccellam intrat hæcenus satanas. Et propterea
 multi dormiunt, alij autem sunt infirmi, etiam corpo
 re: ut intelligatur, ad corpus etiam suo actu maxi
 mẽ pertinere, tanquam ingentis febris ignis acciden
 tarius. Multi uisi sunt ex solo cibo eucharistiæ in mul
 tum tempus uixisse. Nunc itaq; sensim illius uim in
 fundi opus est in uniuersum humanę nature corpus,
 postquã benedixit toti nature humanæ Iesus, ut ad
 istas nuptias ueniret, in quibus uinum diuinitatis fit
 ex aquis popularibus: modò obediẽdo ecclesiæ, Ma
 riæ eius matri, uniuersi homines faciant quæcunque
 dixerit illis Iesus. Satis enim est illius imperio imple
 re hydrias sex ætatum aqua misericordiæ, ut adsit ille
 diuinus ignis, & rubescant in uinum. In hoc tertiæ
 diei sine ista facta sunt. Facient uerò hæc aquæ, ut fer
 rum natet, et mergatur lignum: atq; adeò ut instar Pe
 tri, quarta uigilia omnes super aquas cum Petro am
 bulemus.

bulemus. Quas dotes enim Christus patens in cœlo habet, easdem ipse latens suis seruis daturus est, ita ut quicquid perfectionum animæ & corporis expectamus in uita beata, illas non nisi per sacramenti huius mysteriū frequentatissimum accipiamus, ad quā rem cœlitus & solitū est in una terræ superficie congreganda ecclesia, omnium creaturarum rationabilium expectantiū Iesum in salutem. Nam qui primo aduentu uenit inuiciandis magis quàm cæteris, in secundo isto uenit omnib. aliquid auxiliij diuini aut humani sperare potentibus.

DE CHRISTI DILATATIONE IN VNI-

*uerso futura, per hanc sacrosanctam natiuitatē,
sicut est ab initio.*

OMnes homines seu initiati seu non initiati sub uero cultu fuerint, tamen facere unā ecclesiā opus est, saltem in hoc quod omnes eodem modo credunt, intelligunt, aut expetunt. Nam mente omnino conuenire per æquivalentiā, nulli dubium est. Quis enim ad hoc, ut summum bonum, licet incognitum, consequatur, non cupit sibi diuinitus media suppeditari, quibus compendiosissime in illum finem qui expetitur, deueniat. Non aliū de fit ut satagant per hæc corruptibilia summum honorem, uoluptatem, diuitias consequi mortales, quæ quia aut istis aut melioribus bonis uellent sibi gloriam, delicias et potentiam esse immortalitati coniunctas. In principijs itaque omnes conuenimus. Sed ignorantia mediōrum ad uerā naturā peruenire nō possumus: aut quod initiati faciūt, transfugiēdo, agnitæ ueritati factis subscribere nolumus. Maioribus omnes de rebus humanis & diuinis credimus: perinde in speciali atque cōmuni ecclesia. unde

fides est ubiuis sciēdi principiū. Nam naturaliter per
 inde atq; supernaturaliter uerū est hoc: Nisi credide-
 ritis, nō intelligētis. Quæ sunt in intellectu, omnib.
 sunt communia. Nam dux ratio semper uniformis in
 omnibus adultis esse solet: unā uerò & credunt & in-
 telligūt homines in adulta etate. Licet enim per disci-
 plinas & scientiā acquisitā ratio sensim in nobis obo-
 riat, tamē in tāta obscuritate aut uafricies, aut ueritas
 religionis semper fuit, ut ubiuis gentiū fuerit semper
 iustissimū, etiā doctissimos in religione deferre maio-
 rum suorū autoritatī, donec insigni mutatione unā
 cum posteris parētes ab una persuasione in aliā trāse-
 ant. Hæc autē uehementia nascitur aut uictis animis
 per diuina facinora, aut edomatis per tyrannides cor-
 poribus, aut utroq; modo. Per diuina facinora solus
 cum suis membris Iesus uicit miraculis, in paupertate,
 dolore, & probro clarior, quā omnes unā poten-
 tiæ mundi cum delicijs, diuitijs, & gloria. Falsæ per-
 suasiones terrore mortis, aut admiratione uirtutis in-
 troductæ sunt. Moses utroq; modo docuit, suos co-
 gēs uirtutibus, alienos autē bellis & cadibus. Quū di-
 co uirtutibus docuisse suos Mosē, intelligo miracu-
 lis, quib. animus uincitur. nam nō poterat alioquī ue-
 ra docuisse, nec esse Dei profeta, nisi uictis suorū
 animis, illos promouere cepisset. Sed de intellectu et
 fide unā iunctis satis. In principijs omnes cōueniūt,
 sed modo differunt. Quod omnes homines bonum
 appetant, id adeò uerum est, ut non solī homines, sed
 omnia creata cum illis natura duce, hoc ipsū faciāt.
 Quū bonū appetant, etiā omnia media ad bonū ap-
 petere, clarū est. Quare quicquid est inter homines
 differentia, illud in sola ignorātia, aut in rei cognitæ
 diffi-

difficultate est positū. Si enim omnes uerum illud & summū bonū quod appetūt, cognoscerent: nisi illos media ad illud cōsequendū prepedirēt, proculdubio celerrimē in illud ferrent. Quū autem ignorātia uera nulli (nisi recusanti cognita fateri) debeat esse fraudi aut damnationi: sequit, ut quod ad principia ista explicita uel implicita attinet, sit totū genus humanum ad hanc diem par, & homini Deo omniū parēti, omnemq; hominē tam intra q̄ extra ecclesiā specialē illuminanti acceptabile. Nam quis esset parēs, qui de ignorātia uera filiū damnaret? Opus est itaq; ut latēs Iesus in toto orbe, singulis tēporibus, omnib. in locis & gentibus, apud singulos homines, adsit in eo desiderio bona cōsequendi, quod ipsa sequit creatura. Sic ergo latens in anima singulorū est Iesus, sicut salus uera ab ipsa expetitur, licet nec sciat quæ sit ipsa, nec quo uero modo haberi debeat. Iam autem uisum est, quod à creatione mundi in omnium corporum, nedum in humani generis essentia, delitefcet. Quid igitur magis habet ecclesia specialis? Multa. Primum clauēs uitæ, hæc enim dantur ecclesie communi, propterea quia sunt prius in speciali dispensata. Sunt in ea eloquia Dei, sunt sacramenta, sunt sancti uiri manifesti: est certitudo & ueritas non tantum latens, sed & patens. In communi autem ecclesia, est latens per solam æquiualentiam ueritas, quum in speciali sit per æquiualentiam & eminentiam simul: unde magis propriè pertinet ad Christum specialis, magis ad diuinitatem communis ecclesia. Sed quum unum sint Deus & homo in Christo, ideo & gentiles & Israelitæ unum fiant oportet: ut sicut in Cain & Hebel, in Abrahā & Babylonijs,

in Ismael & Isaac, in Iacob & Aedō, atq; in cæteris im-
 pijs fratrib. mutuò à pijs separatis ab unione fuit sepa-
 ratio: sic tandē in unū ipsi sub uno reintegrēt Deo.
 Superest itaq; secundum consecrationem nostram,
 ut sicut ecclesia specialis æquivalenter & eminenter
 habet sacra Christi mysteria: sic etiā in toto orbe com-
 munis accipiat, ut sicut nec lumine mentis, nec sub-
 stantia mentis & corporis unquā illi defuit Iesus, li-
 cet nedum sit illi cognitus, sic nec illi etiā desit pa-
 nis substantifici & ad immortalitatem transferentis
 esus. Nam sicut in quavis ignorantia positos nunq̄
 uoluit perfectione animæ & corporis destituere Ie-
 sus, sed in omnibus utroq; modo præsens est, multo
 magis cupit in omnibus ad reuelationem gentium
 renasci in gloriam plebis suæ Israel. Sic enim omnia
 sacramenta assidue confert Iesus. Nam in omni gen-
 te qui facit bonum, hic acceptus est illi, siue adsit siue
 non adsit rerum sacrarum in cultu eminentia. Latissi-
 mē enim iam à peccato commissio, patuit et cordis cir-
 cumcisio, & fluminis baptismus. Nisi & illis, & hoc
 modo, suæ adesset naturæ egētī, quū ipse uelit, possit
 & sciat, ab ingratitude nullo modo uindicari pos-
 set, ne dicā ab impietate. Quum itaq; sit opus ut sese
 manifestet, et ubiuis distendat sicuti est, & omnia cre-
 ata replet, opus est ut faciat eodem modo in creatio-
 ne, redemptione, & unione, siue sanctorum mysteri-
 orū participatione. Iam uerò ex ijs quæ sunt trāfacta,
 patet, quod diutissimē, imò ab æterno, imò sine ullo
 termino comprehensibili, Deus sua uoluntate per æ-
 quivalentiā mundū in se omnino habuit, quū nondū
 in se subsisteret, tantum abest ut sentiret uim infinitā
 Dei in se agētis. Nam etsi sensissent omnia, nil tamen
 potu-

potuisset cōprehendere. Ex illa æterna æquiualentia
 mūdi tandem opus fuit in Christo tanq̃ in posteriori
 Dei parte, poni omnia, per eminentiā, etiam anteq̃
 ulla res sui sensum haberet. Sic ex semine patris ater-
 no, posito in utero matris sibi unite, binam generatio-
 nem in Christo omnium matrice accipere uniuersa,
 antequā ullum sibi sensum habuissent. Accessit demū
 omnium manifestatio potentialis in cooperatoribus
 angelis, substantijs' ue separatis, qui potentialiter tam
 in superiori quā inferiori materiæ parte, in cœlo ui-
 delicet atq̃ elementis agerent, & in potentia uestigia
 rerum imprimerent, quæ actio etiam ipsis rebus non-
 dum esse reale habentibus, non nisi à tergo uideri po-
 tuit. Sic quodāmodo terna actione, innumerabilibus
 temporibus exacta, antequā ullum esse reale ex mate-
 riæ primæ massa prodiret, omnia creata suā essentiam
 acceperūt; & sic esse latens in Deo Christo & angelo,
 acceptū in se demū manifestauerunt. Nisi sic mundus
 fuisset cōditus, & diutissimè sine ullo sensu diuinas il-
 las potentias in se habuisset, aliter secundū ordines ad
 hanc diem cognitos, creati nō potuisset. In hoc est ma-
 ximū scripturæ sacrę secretū. Quare mater Ribca ma-
 gis amabat Iacob, ita ut eius astu præriperit ei be-
 nedictionē, Isaac aut magis diligebat Aedomaū. Sic
 enim sunt diuisæ unitissimæ illæ uoluntates, quæ sunt
 duæ in carne una; & nō sunt iam duo, sed una caro.
 Iam dixi sapientiā creatā, id est, Iesum ipsum, esse ipsi
 patri instar cōiugis, in cuius utero seminauit totā crea-
 turam mūdi; & ideo specialē ecclesiam magis specta-
 re ad Christum, cōmunē uerò & gentilem ad Deum.
 Nam nō est dubium quin sit secundū rationē æternā,
 ut primogeniti sint hæredes, Mascula diuinitas im-
 u mobilis

mobilis magis diligit primogenitū et naturam ipsam
 cōmunem, licet peccarit, quū tamen natura & gratia
 sint natæ ex eodē utero. Nam natura est magis secun-
 dum aternitatē, gratia uerò secundū distinctionē &
 priuilegiū. Ideo Ribca magis amat quæ sunt gratiæ, &
 ideo surreptitijs uestibus Esau ornat Iacobū ad præ-
 riendam benedictionē. Inde fit ut specialis ecclesia
 sit Christi propriè. Sed ueniet tempus, postquā ter be-
 nedictionem præreptam petiuit Esau, ut excutiat fra-
 tris iugū de ceruicibus suis, recuperetq; pinguedinē
 terræ, & rorē cœli desuper in abundantia frumenti et
 uini facientis uirgines, & sic duorū deferentiū erit per
 benedictionis identitatem summa concordia, ut sicut
 in unū coniuncti fuerāt in Adamo primo, sic in idem
 redeant per secundū. Durante quidem hac separatio-
 nis iniquitate, iam per quinçq; dies geneleos cum dimi-
 dio, id est, circa quinquies mille & quingētos annos,
 opus fuit, ut semper per delitescentiam, quos elegit in
 specialem ecclesiam Christus uocaret, diu antequā un-
 quā se uocari sentirēt. Fides enim est donū Dei. Nec
 uenit quisq; nisi pater illum traxerit. Trahuntur autē
 credētes spirītū patris, in spirītū filij. Nouæ enim actio-
 nes non cōpetunt Deo: qualibus tamen regū mundū,
 & excitari p̄forū mentes, non est dubiū. Per se enim
 nemo ad maius assurgit bonū, qui minus ex se nō ha-
 bet. Filius quidē ille est qui in patris spirītū trahit, oēs
 illuminando, sed illos in cōmuni, et patris propria ec-
 clesia reliquit: alios autē in specialē traxit, pro suæ uolū-
 tatis decreto, anteq; quicq; boni uel mali fecerint. Nō
 qd ullum suū filiū reprobet à domestico officio, sed si-
 lios ecclesiæ specialis uult tanq; primarios in familia-
 ritate, & penetralibus aule, instar cordis, capitis, geni-
 taliū,

taliū, et primariarū partiū agere: cōmunis autē ecclesie
 mēbra, quæ sunt instar Ismaelis, filiorū concubinarū,
 et Esau reprobantē, nō ad pœnā æternam, absit: (sunt
 enim semen fidelīū, & sine sua culpa sic nati) sed ut ue
 luti agricolæ & domini habitatores, secundariō, gra
 tias latenter easdem recipiant, quas & membra dele
 cta. Hoc interest, quod illa primaria membra debent
 initiari, ut pro se, et pro alijs recipiant: sicut cor totam
 uitam, cerebrum totum sensum & motū in se recipit,
 ut digerat et diffundat. Licet itaq; membra exteriora,
 & a vitalibus remotiora non diffundant alijs uitam
 perinde ut accipiunt, non tamen sunt minus in corpo
 ris ornatu & necessitate, quàm primaria. Illorum re
 probatio itaque illis non nocet, nisi in hoc, quod non
 sunt dispensatoria, sicut & primaria. Quos itaq; uult
 Deus, hoc modo emollit: & quos uult, indurat, aut re
 probat. Iure enim belli & gentiū, pro suæ gētis utilita
 te (quū esset maxima copia præstigiatorū, ita ut de ue
 ris miraculis tunc posset ambigi) licuit nō minus Fa
 raoni, iure pertinaciæ in populū electū uti, quàm Is
 raelitis in auitas Cananæorū possessiones inuolare, il
 losq; de medio tollere. Propterea illius obduratio, si
 cut et Esauina, non est ad damnationē, sed ad specialis
 ecclesie carentiā. Hinc in auditorio Moſis per os 72.
 Senum traditū est, ipsum Faraonē instante morte, esse
 ad Deū conuersum, & positū in exemplū resipiscen
 tium. Præcurrisse itaq; oportuit Deū Christū & ange
 los, nō solū ad naturæ cōditionē, sed ad gratiæ, in quos
 uoluit gratia et spiritus patris collationē, ut quē uellet
 ad specialē ecclesiā uocare Deus, ille uocaretur: quem
 uellet in cōmuni relinquere, ille reprobatus diceret.
 Sicut enim unus & idē Christus ordinat ubiuis gētīū,
 ut sint

ut sint aliqui electi ad regimen aliorum, alij autē tan-
 quā uasa cōtumeliā, sint ab eodem figulo nostri facta
 ut sint subditi & callones, quū tamē sint uasa honestis
 utiliora, & quib. minus careas. Eodem modo facit de
 mēbris specialis & cōmunis ecclesiā. Electi enim ac-
 cipunt ut diffundāt, reprobi autē ut sibi tantū habeāt.
 Et in hac re nullus est qui respondeat Deo, quia in se-
 creto eius est, qđ quæ sunt cōtemptibiliora in nobis,
 ijs abundantiorē honorē decernit. Infirma enim mū-
 di hoc modo elegit. Ideo sic resoluit quæstio: Si Deus
 pro nobis, quis cōtra nos? Atqui quū oēs uelit saluos
 fieri, quin sit pro omnib. nobis, dubiū non est. Ideo si
 nō fatagimus uolentes facere certā nostrā uocationē
 per bona opera, ut simus cōformes imagini filij eius,
 nos assiduē laboribus elementorū, rerūq; iniurijs, bel-
 lo, fame, pesteq; excoquit, & sæpē multoq; magis in
 speciali q̄ in cōmuni ecclesia. Interitus enim hic est, in
 quē sunt præparata uasa irę, quos tulit in multa patiē-
 tia Deus per Christū, ut olim patefacta ueritate osten-
 deret, uasa misericordiæ præparata in gloriā. Non so-
 lum autē in hoc Iesus omnib. affulgēs, misertusq; om-
 niū, qui peccādo nescierūt qđ facerent, uoluit suā mi-
 sericordiā paruam & cōmunē ostendere, q̄ ex massa
 deperdita quasdā partes seligeret, & quasdā dimitte-
 ret in ordine & miseria massæ (nā socios habet in hoc
 quotuis tyrannos, qui ne soli agerēt, multis uitā dede-
 re hostibus in famulatū ascitis) sed magnā & inuinci-
 bilem in hoc suam misericordiā maximē uult manife-
 stare, qđ totam massam confractā & dissipatā uult in
 integrū restituere, in q̄ facinore infinities infinita sua
 uidebit misericordiā. Et hoc est secretū interpretatio-
 nis loci illius: Si fuerint filij Israel tanq; arena maris in
 electio-

electione, etiam licet sint in magna copia, tamen reli-
 quia illa quae abessent, saluae fient. Nam alioqui quum
 essent in mari duae naues, una dilecti discipuli, & alia
 Petri, non fuisset ingressus Iesus primo in nauem Petri, et
 fecisset illum primo piscari, & magna illam copiam piscium
 prendere, sed cognatos; uerum uult tantum, ut cognati
 ueniant ad multitudinem captam trahendam, ita ut ambe
 duae naues, tam in gratia quam in natura impleantur. Omni-
 bus & singulis seruaui semen suscitatorum Iesus. nam
 alioqui omnes sumus instar Gomorrhae, naturam peruer-
 sores. Verificari opus est Ismaelis canonem, quo in
 Mahometo ait: Modo omnes credant in Iesum filium Ma-
 riae ante diem ultimi iudicij, erit super eos testis, id est,
 saluator. Nam in libertatem omnes actu reponat oportet,
 quotquot diabolus in seruitutem prius damnatos quam na-
 tos induxerat, & inde in aeternarum poenarum loca traxe-
 rat. Ideo omnes creauit, & illuminauit etiam in scios Iesus,
 in omnibus, secundum animam & corpus praesens, ut quum
 uentum esset ad tempora refrigerij, in quo omnia natu-
 rae tormenta sensim extinguere opus est, ipse per sacro-
 sancta mysteria in omnibus, & singulis ubiuis gentium
 inhabitans, eo modo quo iam supra in natura & gra-
 tia fecit, id est, ex insperato et latenter, diu antequam co-
 gnoscat diuersare, & cibo aeternitatis animas primo,
 demum & corpora reficeret. Sicut ergo omnes, nullo
 excepto, creauit, & omnes nullo excepto reformauit siue
 illuminauit, sic omnes nullo excepto sibi in substantia im-
 mortali associet, necesse est. Hac necessitate ipse me
 impulsit, a quo statim recreationem uniuersi mihi signi-
 ficauit, ut illius sacrosanctum corpus omnibus, & singu-
 lis quotidie in consecratione et comunione ad destru-
 ctionem actualem mortis & peccati designarem & distri-

buerem, curarēq; ut quicumq; de manu mea illū ange-
 lorum cibū accipit, nomine totius creaturæ in Iesum
 quouis modo speratis hoc faciat. Sic enim me docuit,
 debere illas oues adduci in hoc ouile, quæ de illo ante
 non erant, ut sit unū ouile & unus pastor, qui non so-
 lum uirga, sed cibo præstantissimo illas pascat in æter-
 num, & transiens illis ministret. Solus enim ille filius
 perditionis diabolus, qui ante materialium distinctio-
 nem leuabat contra Christum calcaneum, quiq; unā
 cū suis laruis & spectris erit instar unius duodecimæ
 partis creaturæ rationalis, peribit: sed tamen non sine
 participatione sacramenti, etiā ipsi undecim bonis
 partibus æquali. Nam nullos illorū quos dedit Chri-
 sto pater, præter illum in typo Iudæ, periit. Nec enim
 quisq; in posterum illas de manu illius rapiet. Licet e-
 nim eo capto fugerūt, quos tamen dedit illi pater non
 perdidit ex eis quenq;, præter illū qui diabolus et non
 amplius homo erat. Inde factum est, ut ab incarnatis
 diabolis, Symonisq; Samaritani sectatoribus, in uene-
 ratione sint habitī apud Ositas impij in scriptura posi-
 ti. Sed ante alios, ipsum serpentem, Cainum et Iudam
 sunt & honore & cultu prosequuti, infame laruarum
 genus. Vnde nō immeritō profetica illius sancti uox
 fuit, quum Marcione conspecto dixit: Agnosco pri-
 mogenitum satanæ. Nam quis diabolus magis blasse-
 mus esse potuisset Symone, Marco, Marcione, Va-
 lentino, et similibus: uix potest cogitari. Quum enim
 in spiritu et idolis periisset satanas, respirauit in carne.
 Sed hæc de Iuda & asseclis dici oportuit, quia ceteris
 omnibus gratia & cōmunio profuerit, quæ illos æter-
 nis addiceret supplicijs, tanq; satanæ angelos. Ne uerō
 possint, qd hæcenus sunt soliti, inculpate Christū, qd
 illos

illos antè damnatos quàm natos sub iustitiæ legibus
semper habuerit (diabolus enim in carne nil aliud quàm
excusator sui, & aliorum accusator est) omnes in liber-
tatem longe ipsa perditâ præstantiorem reducet: &
ideo nullo excepto, apud oēs uult sicut à principio dif-
fundi, in ea substantia quæ omnino accidentibus ca-
reat, ad cuius similitudinem ars distillatoria in mate-
rialibus proximè accedit, & ideo in minima quântita-
te maxima uirtus lateret. Hoc uerò adiungere uolo, ad
impietatem reuellendam, quæ cum uideat arte acqui-
ri rebus purè naturalibus maximum pondus et uires,
tamè ambigit ut uoluntatis humane Deo fretæ, si pos-
sit hoc ipsum in summa rerum omnium, sic uolente
Deo, fieri. Sed assidue in nobis, natura decoctionis so-
la agente, fit id ipsum de cibus materialibus seligendo
partem aptam, alioqui omnino per se sensum incõpre-
hensibilem: ut doceamur, multo esse facilius, secun-
dum primam substãtiam sine materia purissimè agen-
tem, Deum hominem se ipsum in uniuersum trans-
fundere, ad reficiendum concussam naturam.

DE VLTIMA VNIONE IN INFERIORIBVS.

Sicut nullum aliud modum suæ infinitudinis capien-
tiae, quatenus in uia potest homo, Deus nobis reli-
quit, quàm ut posito ubiuis centro cuiuscunq; perfe-
ctionis, aut aliquarum, aut omnium unà, demum in in-
finitum extendi sphaeram super illud centrum fundatam in-
telligamus: sic ad nullam aliam perfectionem, in uia,
maïorem, uult nos deduci Deus, quàm ut secundum
spiritum illi maximè simus conformes, totius naturæ
infinitatem in unum centrum uniendo. Sed quum si-
mile non possit nisi à simili fieri (nam dissipatum non
unit, ignis non frige facit actu) opus est in primis
maxi.

maximè unìtum esse quod maximè uniat cetera. Nisi enim astringendo sese, potentissimè sese recolligat, id est, assidue in se reflectatur, fieri nō potest ut unq̄ cetera uniat. Naturaliter uerò uidemus, quæ pars in nobis est præstantissima, maximè diffundi, & ab unione maximè differre, quum animum nostrum à centro in circumferentiã, aut à quouis loco in quemuis aliū in momento ferri, instar luminis, cernimus. Quum aut simus ad similitudinē Dei, qui nos creauit, in æternū uitam exacturi: necesse est, sicut patris æterni unitas infinita omnib. dedit principium, ad centrum ex circumferentia omnia sine motu trahēs, sicut omnia eodē quiescētī motu à cētro in circumferentiã dilatat, & unī dilationē et unione seu adstrictionē una; sic etiã opus est, primò nos ad nostri centrum omnia unire creata, dein eadem latissimè sparsa dilatare, postremò unā duo illa extrema suo medio coarctare in cōpositū deducendo, ut sit in nobis æterna trinitas à posteriori, sicut in Deo ab æterno est. Ad hoc enim sumus creati, ut simus cōformes Deo. Sed quū simus maximè distātes, ut qui sumus in anima dissipatissimi, corpore unitissimi & miseri, cōposito utriusq̄ omnino diffetētes (nā caro cōcupiscit aduersus spiritū, & cōtrā) opus est quadā uirtute omnipotētī, q̄ nos à cōtrario in cōtrariū deducat. Nam quū sit Deus quouis motu immobilis, multo maximè erraret, qui eius substantiam cōstringi aut dilatarī assereret. A Deo ergo immediatē uniuersa in esse reale deduci nō possūt, potissimū materialia, quia nō nisi unione aut arctatione, cōstrictionē ue & dilataatione cogunt & agūt. Vnde quū sit opus ad deducēda in esse materialia mediatore unico, deo unito, q̄ actu nomine uniuersi cōstringat & dilatat, seipsum primò,

primò, pro arbitrio: demū cætera omnia, in se omnia
 no impotentia: multo maximè ad uiolandum hunc
 peruersæ naturæ ordinem in nobis, opus est ut ille
 omnibus modis possibilibus adsit. Satagit quadam
 plus satis cupidine humanū genus omnia ad se unire,
 cum cupit fama, delicijs, diuitijs in honesto iucun-
 do utiliq; positis, maximè res creatas ad se unum,
 quisq; deuolui: sed ideo nunquam potuit ista unio
 durare, quia nec bonum principium, nec finis bonus
 usquam ut debuit, fuit, nisi in ueris Dei seruis. Nec e-
 nim in se recollecti, & sese cōcutientes, quàm sint ni-
 hili, usquam expetiuerunt mortales hanc unionem:
 aut sic expetitam, postquam sunt consequuti, nec in
 laudem Dei, nec in utilitatem proximi contulerunt.
 Ut itaque sit secundum naturæ appetitum æternitas
 possessionis uniuersi in nobis firmiter unita, dissipa-
 tissimam gloriæq; & fumis obnoxiosissimam nostri
 partem, animam uidelicet, quæ non sapit ea quæ Dei
 sunt, ita recolligamus & in arcum reducamus oportet,
 ut planè in se adnihilata, solo spiritu uiuat. Hoc
 est rationis humanæ, & euangelij basis. Nam mori et
 animā ponere, instarq; grani in terram cadere, nil ali-
 ud est, q̄ seipsum concutere, nec se querere extrā, &
 nemini magis de sua miseria quàm sibi ipsi credere,
 seseq; spiritualiter ad suum, non essendi per se, princi-
 pium reducere. Ad hunc itaq; effectum, qui naturæ
 ad hanc diem in nobis cognitæ ex diametro repu-
 gnat, consequendum, opus est principio omnipotēt-
 tissimo, quodq; sit maximè tale, quale facere debet,
 cuius non solum uerbis, gratia, & naturali substantia
 ita immutemur, sed assidua innouatæ ipsius substan-
 tiæ defecatæ incorporatione roboremur. Verbo e-
 x ius in

ius in lumine naturali aut supernaturali posito, nunquam certe caruit mūdus. Deus enim illis reuelauit in communi, sicut in speciali ecclesia. Gratiam non minus quàm uerbum dedit omnibus similiter. Per eum in anima et corpore subsistimus. Quare innouata in nobis substantia opus est, quæ assidua applicatione sui nos renouet, & in nobis nos ad nihillet. Hoc est quare sui corporis sacramentum, in sanguine patenti & corpore latenti, siue per cōcomitantiam existenti, ut loquuntur scholæ, uocat Christus nouum; id est innouans, non tunc, sed quū illud uinum bibet nobiscum in hoc regno Dei. Sic erit summa nouitas, ut homo qui ad hanc diem usq; ad cœlos stultitia pergebat, uix se dignum iudicet, qui miserum esse in cœtro uniuersi arctatum, conseruet. Sic proprius peribit amor. Sic per substantiam absconditam illius solius, qui seipsum exinanauit in similitudinem hominum factus, & habitu inuētus ut homo est, quum solus sit potēs hoc facere, accipiemus uirtutem in nosmetipsos insurgendi, & facinus diuino æquale in nobis exequendi. Qui enim seipsum uicit, Deo est similis. Solus autem unus ille Deo similis Iesus seipsum nostro nomine uicit, ut omnia possemus in eo qui nos confortat, suæ substantiæ cibo quotidiano. Hanc autem cōstrictionem esse necessariam unicuique creaturæ rationali, priusquam uniatum perfectissimam unione Deo, colligimus ex ordine rerū inferiorū. Nam nullus filius nascit, nullus famulus seruus aut cliens in familia patris familiās prius in perfecta unione esse dicit, q̄ de proprio arbitrio seipsum omnino seipso spoliauerit, ut per omnia patris familie uoluntas regnet in eo. Aboleri itaq; opus est spōte gloriam,

riam, uoluptatē, diuitias, in eo qui fit, aut est iuris ali-
 eni, ut omnia dño acgrat, & non sibi. Sic omnes qui
 usq̄ suere homines, anteq̄ ad summā cū Deo unio-
 nē perueniāt, opus est ut sponte in perfectissimo ar-
 bitrio, sese gloria, uoluptate & diuitijs spoliēt, & ita
 in se arctēt, ut in eorū animę locū spiritus dñi intrās,
 tandē ad se unū qui solus est potēs, attrahat uniuersa
 in aternū in singulis permansura, sicut in omnib. q̄
 ipse est instar omnīū, omnib. esse reddēs. Hic ille est
 Iesus, qui adduxit omnia creata ad Adam re creatum
 in sabbato, quum insufflasset in eo, & accepisset spi-
 raculum uitæ. Iam à quo illum Deum inhabitantem
 in nobis perdidimus, nos ipsos semper extrā quæsi-
 uimus, nec nos ideo reuera concussimus, quia nec
 substantiæ diuinæ ministratio, nec uirtus ad illā susti-
 nendā aut capiendā aderat. Quāto magis uerò uniti
 erimus in nobis, tanto celerius omnīū creaturarū ad
 nos deducēdarū, et in aternū Deo p laudes represen-
 tādārū multitudo, ad nos undiq̄ cōfluet. Hoc impe-
 rio coacta sunt omnia ante Adā, ut imponeret nomi-
 na: collecta sūt apud Noach, ut seruaret semē: suere
 subiecta sanctis, adeo ut ignis nō ureret illos: uerita-
 sunt martyres, ita ut nec elemēta nec cōposita ab illis
 sequirēt in sanctos. Erat em̄ in omnib. sanctis iā à prin-
 cipio mūdi inhabitās Iesus, qui ita in paucis sui præ-
 sentiā uoluit demonstrare, ut tādē per suæ substantię re-
 pastinationē in nobis cū infinito lucro redderet lin-
 gulis, q̄d illis diaboli perijt iniuria. Sic fiet ubiuis ter-
 rarū localis Deus pater, in sua imagine nobis ad hoc
 imp̄ssa, ut sicut maxime est et agit ubiuis locorū nūq̄
 locatus, sic maxime locatus ubiuis locorum agat. Et
 sicut ad sui unionē uocat ea quæ nō sunt, tāq̄ ea quæ
 sunt:

sunt: sic & creatura rationalis ubiuis hoc ipsum age-
 re potēs sit reuera Dei imitatrix, omnia in omnibus
 agens pro charitatis iure. Licet enim maximē actū
 sit Deus, tamen eo quod actu nusquam apparet,
 uoluit ut esset homo homini deus. Sic unus homo
 in se omnes habebit homines, & omnes unā homi-
 nes solum unum habebunt. Sed prius unionē quā
 dissipationem habeant oportet, illamq; duplicē. Pri-
 mam sui, per Christum exterius & de nouo ad suum
 figmentū uenientem: alteram, per Christū iam in no-
 bis habitantem, ut ad nos quæ extra nos sunt attra-
 hat. Et sic ex utraq; nasceſt tertiā. Nam & nos, & res
 nobis per Christum unitas, opus est uniri ipsi Chri-
 sto, soli in cœlum ascensuro. Prima nostre animæ est,
 altera rerū omniū ad animā & corpus, tertiā demum
 nostri & rerum omnium una ad Christum. Hæc est
 ratio, quare ita se ad nihilauit in passione Iesus, ut om-
 nia, sic eleuatus à terra illuc ascendere non potente,
 traheret ad seipsum: & sic sensim longissimis seculis,
 non aduertentibus nobis, omnia ad se in animabus
 nostris suscitatis traheret, ut in eo unite, simile singu-
 læ discerent tyrociniū. Sed renascentibus siue restitu-
 tis aut suscitatis opus est in secundo aduētū, qui nūc
 est, illum distribui, inconsumptibiliter & indiuisibi-
 liter instar substantiæ, ut tunc faciamus unionem seu
 conſtrictionem in unum, quando iam ille facit sui di-
 stributionem. Sicut ergo iam per mille quingentos
 annos suscitans animas decollatorū propter nomen
 suum, uniuert sibi uniuersi animos: sic opus est ut sin-
 guli qui in eo fuerunt, uirtute sparsi sanguinis reuniti,
 illud ipsum de singulis naturæ humanæ indiuiduis
 faciant, quod uiderunt illum facientem. Sicut enim
 omnia

omnia faciebat, secundum quod in infinitate (cuius solus capax est) uiderat patrem facientem: sic eius ecclesiæ membra singula uera & humana, opus est erga singulos fratres facere, quæ ipsum omnium nostrum patrem uiderunt facientem. Est enim propriè pater ecclesiæ Christus, sicut pater Christi Deus. Animas animæ & spiritus unione saluauit: & sic mortui qui in monumentis sunt, sensim audiuerunt iam à 1500. annis uocem eius, & audiendo uiuere: sic per distributionem sui corporis substantialis corpora etiam longis saluabit seculis, dum interim unientur in se animæ, & unitæ unient sibi omnia, & sic unita omnia unâ secum adiungent Christo uitæ nostræ, ut tandem fiat nostrum corpus animæ, imò spiritui simile, & in uniuersum pro uoto nostro dilatabile, dum omnino in naturam corporis Christi transierit. Ad hoc enim habemus uestes super nos innumerabiles, quæ nos ubiuis repræsentare poterunt: sicut Ambrosius uisus est una eadèmq; hora Mediolani & Turonibus. Sic hodie in præstigijs Diana à strigibus fit. Sed de dilatatione in capite proxime sequenti agetur. Hæc est ratio, ut antè dixi, cur suum corpus reliquerit Iesus in duplici materiæ uelamine. Sub forma & accidenti panis pro unione. Licet enim reuera substantia nec qualis nec quanta est, sed quicquid est comprehensibile in accidentium uehiculis latens, fit per accidentium spectra patens, tamen secundum fluxi aut solidi qualitates operatur natura, unita uniendo, fluxa dilatando. Coalescunt in panem uirtute aquæ ligantis atomi farinæ, ut accedente super hoc ligamentum naturale & artificiale simul, diuino illo quod spiritua-

liter connectit omnia, talem uim in animæ partes disperfas profundat, qualē panis fluxis corporis partibus adherendo adfert. Sicut enim materialiter panis roborat & confirmat corpus assidue, nomine effluentis substantiæ, reponendo nouam, per assimilationem, prius in membrorū uicinia & fide factam, & de sanguine tractam: sic opus est, ut eadem substantia panis, per Saluatoris uerba, à nobis fide uestita & cōsecrata, unū gradū acquirendo, in anima faciat. Nam quod est in nutrimento corporis assimilatio, hoc ipsum est in sancto sacramēto cōsecratio. Quum autē sit necesse, aut omnia frustra facta esse, aut hominem immortalem fieri, ut maioris boni gratia quàm sit totus mundus, eius causa factus, uideatur fuisse conditus: opus est alia ciborum uia & natura, partes illas in eo reparari, quàm quæ ad hanc diem illum aluere. Eo uero itaq; peccato, quod à comedentibus, ante cibi appositionem in corpus, non est in ipso cibo facta assimilatio sacrosancta, mors regnauit hactenus. Quod igitur facit natura corporaliter, assidue illud assimilando, quod sibi uitam loco deperditæ reponat, ut suam naturam, quadam diurnitate impressam, in materiam assimilatā transfundat (non tam sui quàm uicinarum partium, ad hoc ut illam adiuent, conspirantium, uirtute) ad quæ se illā transsubstantiationē sensim trahat, hoc ipsum faciat uita spiritalis necesse est. Primum omnium unitur singularium partium spiritus, ad assimilandum & transsubstantiandum cibum, seu alimentum applicabile, & demum extenditur applicando illud ad partem nutritam, & sic prius crassum & materiale unit ad se spiritum assimilatorium, ut facta assimilatione, tandem instar humidī, alimentum altissime per

mē per omnes partes nutriti penetret. Sic primò uen-
 triculus cibum et potū unā coquit alterando, per atrā
 bilem appetitorā uniendo, & per flauam disgregan-
 do, donec omnibus sibi coctis, in anfractuofam inte-
 stinorum peregrinationem demittatur ea summa, u-
 bi terrena parte segregata meseraica uenae chylum
 album albæ ex informi materia & confusa trahunt, et
 prospiciendo epati, sensim assimilare chylum in san-
 guinem satagūt: hepar sanguine crasso pastus trans-
 mittit ad puriorem coctionem cordi, prius in radici-
 bus uenae radicalis assimilando per spiritum cordis.
 Cor ubi coxit in uniuersum ita mittit, ut præuio spiri-
 tu semper assimilatio sit ante adpositionem. Assimila-
 tio enim fit per spiritus in materia unionem, applica-
 tio autem siue unio aut appositio fit per subtilissimā
 alimenti assimilati & transsubstantiati penetrationē.
 Quum sit hoc summum Dei in natura palpabili opifi-
 cium, non est dubium quin idem agens eodem mo-
 do agat, ratione suppositi accommodata. Præcurrat
 itaq; noster spiritus, siue anima, opus est, fideq; præ-
 uia amplectatur materiā propositam uulgo in pane
 & uino positam, ut transsubstantietur, & nobis simi-
 le fiat alimētum, nostræ mortalitatis & fluxionis sub-
 stantię reparatorium: & quia forma dat esse rei, opus
 est ut ille cibus coelestis ubiuis secundum benedicti-
 onem nobis proponibilis, reficiat & in se uniat for-
 mam nostram, spiritu & mente dotatam, animam
 uidelicet, ita ut in sua natura, id est, in mortalitate
 sit anima minus quàm nihil, & abolita, ut per u-
 nionem illius cibi, fiat de ipsius cibi natura, & o-
 mnino Christificetur. Sicut enim suam substanti-
 am, substantiam ue assidue, quamdiu res uiuunt,
 ipse

ipse Iesus diffundit per uiam naturæ, ut naturali-
 ter, id est, ad tempus uiuant: sic illam eandem, per
 uiam gratiæ opus est, concurrente unâ nostro cum i-
 pſius ſpiritu, largiri, ad hoc prius, ut forma Chriſti-
 ficetur, demum ut materia Ieſuficetur. Chriſtus enim
 eſt inſtar formæ uniuerſi, Ieſus autem eſt corpus &
 materia uniuerſi, per cuius ſolius actualem participa-
 tionem in ſua latenti præſentia, & forma & materia
 humani corporis fiet immortalis. Ex Chriſtificationis
 enim formalibus in unitatem redactis, & Ieſuficatis
 materialibus, ſiue corporeis omnino rarefactis, ut
 ubiuis penetrare inſtar humidî poſſint, ſpirituq; ob-
 ſequi, ubi & quando uolent, Deificatos fieri neces-
 ſe eſt. Inde à colore & ordine naturæ uoluit Deus
 notari gratiæ myſteria. Nam licet panis & cibi non
 albi, & uinum potuſq; non ruber reperiatur, ta-
 men antequam quicquam actu alat, fit album in chy-
 lo, reſtando miſericordiam: demum fit rubrum
 in ſanguine, monſtrando iudicium. Album prius
 eſt, & magis corpulentum: rubrum ſecundum eſt, &
 ſubtilius, ubi oſtenditur nature & gratiæ ordo. Sicut
 enim prius natura omnes comedunt quàm bibunt,
 ſic ſacramentum panis antè quàm uini offertur & ſur-
 ſcipitur, ut prior formæ quàm materiæ humanæ repa-
 ratio facta intelligatur. Ideo reuera diuina prouiden-
 tia factum eſt, ut impietas membrorum eccleſiæ La-
 tinæ ſit ſpecie tantum panis ad hanc diem cibata,
 quo tempore reuera non niſi anima eſt reparata. In
 Oriente ob abuſum calycis cum pane corruerunt om-
 nia. In ſumma, ſunt inſtar ſanctorum ſacerdotum ſerua-
 ti Sabæi, quia nunquam ſacrificum ambitione ſunt
 deprauati, bellis ue concuſſi. Vnde nulla gens ho-
 die eſt

die est ad restitutionem corporum paratior, quam in ecclesia Aethiopica, in qua eo nomine incarcerationum Ieremiam, uerus Dei seruus Habdemelech liberat: & qui putatur parum Christianus, est magis misericors, quam totus populus qui de sinceriori gloria- tur cultu, & interim occidit simostomicè seruos Dei profetas, ne sua scelera detegant. Sicut ergo unitur ato- morum multitudo per aquam in panem, & demū per præcurrentem ex nobis spiritum fidei, unā cum ante- cessorum nostrorum fide & præparatione, fit sacrosan- cta assimilatio ad omnia membra applicabilis, secun- dum meliorem partem sui: sic opus est animam & spi- ritum nostrū ex innumerabili distractione, & ad crea- turarum amorem affectu nimio reduci in unionem, dum sacrosanctæ & instauratrici unitur materiæ, & quod iam à fidelium consensu cibū hunc immortalita- tis elaborante, & nobis indies excoctiorē reddente re- cipit illud sibi incorporari, & sic per illum uitam æter- nā participatiuè adipisci, ut sensim hoc saluatoris cor- pus post unitam animā seipsum in specie huiusmodi maxime penetrabilis in corpus transfundat, & aptum æternis dotibus reddat.

DE VLTIMA DISGREGATIONE

in singulis hominibus.

Perfectissimum olim fore in corpore humano, tan- quam mundi materialis arbitro, quicquid unquā perfecti fuit in rebus ipso inferioribus, rationi perquā consentaneum uidetur. Nam cum omnis perfectio in eius gratiam sit comparata, sequitur ex ordine ut præ- stantius esse res omnes sint in fine, quam in medijs ad finem habituræ. Nil uerò præstantius in tota corporea

y natura

natura est, quàm quum sit maximè unita, & omnino
 indiuisibilis, tamen quàm latè cœli amplexus extre-
 mus patet, distenditur & disgregatur. In se enim ha-
 bet duo extrema in unum reducta. Certissimum est,
 & sensui ex ratione uacui manifestum, quod illud
 quod nomine corporis, aut corporeitatis uocant, ita
 sit distensum, ut nullus locus illo possit carere: & con-
 trà, tanta esse subtilitate, ut à nullo loco possit exclu-
 di. Sic est summa continuitas, & summa subtilitas. Ex
 hoc quod continuum est, uidetur impossibile ut pe-
 netret: & ex hoc quod tam subtile est, uidetur impos-
 sibile ut continuetur. Quum de se sit materia & sepa-
 rata, & friabilis, & omnino discontinua, primùm ex
 se non habet: quum autem sit hebes & obtusa, multo
 minus secundum habere potest. Superest itaque ut
 uirtute substantiæ, quæ omnia replet & penetrat,
 est que forma & materia superior (nam neutra per se
 stat) ista omnia sint, & ut ad hoc illa tendat, ut faciat
 maximè illud tale quod est illi charissimum. Esse au-
 tem hominem Deo & Christo formæ formarum, &
 materiæ materiæ charissimum, constat. Superest
 itaque, ut quam nunc gerimus corporis molem, illam
 ad sui naturam reducat Iesus, assiduo sui sanguinis
 potu. Quum autem tale, non nisi à tali fiat, & tale fa-
 ciat maximè tale: opus est per eam suæ substantiæ spe-
 ciem, Iesum dare corpori humano has perfectiones,
 quæ unà & continuum & penetratiuum in se habe-
 at. Sub specie itaque potus, perfectio corpori de-
 tur oportet. In ea enim uniuersi continuitas, ex ratio-
 ne materiæ primæ, quæ in forma aquæ prius emer-
 sit, est posita, Quum autem ad uniuersa alimentum
 defe-

deferendum, & distendendum, in tota natura sit re-
 sperfa, instar humidæ aerei omnia penetrantis, ut faci-
 at hoc ipsum in Christi corpore, opus est. Sic actus
 Deus, in loco materiali mundi, per mediatorem le-
 sum, fiet omnia in omnibus, præstantissimo modo.
 Nam nomine substantiæ uniuersi, quæ est corrupti-
 bilis, opus est hanc naturæ humanæ molem, tanquam
 uniuersi uicariam, in uno suo Iesu, non sine singulari
 arbitrio singulorum indiuiduorum, quantumuis in
 eo absconditorum, in æternum seruari. Frustra enim
 fecisset Deus, ut omnia creata, & maximè uita prædi-
 ta appetere immortalitatem, nisi illam possent & in
 forma & in materia, præstantissimo olim modo, con-
 sequi. Nam quum nec forma per se, nec materia per
 se, quæ reale esse non habent, possint antequam unâ
 in cõposito sint, appetere talem durationem, sequitur
 ut finis appetitus illarum sic coniunctarum, sit futu-
 rus æternus, in forma & materia unâ positus, indiuisi-
 biliter in æternum. Nam indiuisibiliter & in æter-
 num omnia sic stare, ut esse recepere, cupiunt. Rerum
 itaque omnium indiuisibilitas, siue continuitas, & pe-
 netratio siue subtilitas (ut assidue à creato mundo in
 corporeitate materiæ fuit, cum indiuiduorum tamen
 omnium corruptione) est per substantiam illam, à
 nobis sacri potus portione participabilem, in æter-
 num futura, mediante solo corpore Christi. Sicut e-
 nim in materiæ primæ massa, dum fermenti instar assur-
 get à nihili centro, in cõp absidas dilataretur, & eodem
 nutu in centrum grauiâ repelleret, æquiualeter omnia
 in se habebat, ita ut essent omnia in omnibus confusa:
 sic opus est actu per extremū primi agentis conatum,

in finem perfectissimum omnia ordinantem, virtute
 humidi omnia ad aeternitatem ligantis, hanc massam
 in hunc perfectissimum ordinem redigi, ut tota sit in
 actu rerum omnium aeternitas, sine ulla confusione,
 inq̄ præstantissimo suo essendi modo. Nam alioqui
 omnia creasse ad solum fastidium, & ipsarum rerum
 continuam in sua militia mortem, reuera Dei cogita-
 tione indignum esset, etiam si imperator mundi homo
 nunquam in rerum omnium seruitutem fuisset redu-
 ctus. Ad militiam enim & difficultatem, quanto ma-
 ior erat, tanto insigniorem erat expositus. Quòd si in
 militia eius non poterat esse, cuius felicitas absoluta,
 multo minus in rebus ipso inferioribus. Nam etiam
 sine peccato ingemuissent omnia, donec præstantis-
 simum esse suum in natura humana Christificata, le-
 sificata & Deificata acciperent. Christificamur unien-
 do maximam potentiam post Christum, animam ui-
 delicet, per panis substantifici usum: sicuti Christus
 est imperialis potentia mundi, omnia in se uniens. le-
 sificamur autem, omnipotentem sanguinis substan-
 tifici substantiam potando, indiuiduumq̄ nostri cor-
 poris indiuiduo omnibus æquivalenti uniendo. Et
 demum unito Christo cum lesu, omnibus uidelicet
 in unam potentiam capitatis & membrorum, totius &
 partium reductis, Deificabimur: & tunc reuera om-
 nia subiecta fuerint sub pedibus eius. Ita adducet Do-
 minus omnia creata ad Adamum hominem primum,
 suis partibus & membris ornatum, ut tunc imponat
 omnibus nomina, quum reuera omnia summam fue-
 rint in paruo isto mundo, Microcosmo ue consequu-
 ta perfectionem. Sicuti enim perfectissimus rerum fi-
 nis

nis est, ut omnes maximas de se utilitates in hominem conferant actu: sic summum rerum omnium uotum in hoc est, ut aeternitatem habeant, ubi summum suae substantiae edidere specimen: & tunc reuera nomen aeternum & immutabile recipiant, ubi à summo suo effectu reuera ostenderunt, qua sint uirtute. Nomen enim ad peregrinationis militiaeque proprietatem potuit ab Adamo illuminato poni. At quod finale sit, ex summo effectu solum, inhabitante omnium auctore, in singulis indiuiduis poterit nominari. Hanc autem disgregationem seu distensionem singularium corporum, non debemus intelligere per se posse fieri: essemus enim singuli capita, ut & Christus, uniuersaeque substantia & dissidium: sed opus est ex consideratione nostri corporis intelligere. Quamuis enim sit una uita & anima in corpore seu indiuiduo humano, quum illud sit totum confluxile & perspirabile, nulla est humorum pars tam addicta uni parti, quin in uniuerso sufficere satagat, ita ut sit una uita infinitae uitae. Post assimilationem uero iam non est locus confluxilitati, quia adhaesio statim sequens uetat. Et tunc fit una uita totius mille uitae partium, dum manus, digitus, brachium, & singulae tam similes quam compositae partes in suis locis stant, nec unquam mouentur, nisi dum per magis & minus aut alimento abundant, aut destituuntur. unius enim partis minutio uniuersum minuit, dum illi refundere singulae satagunt. Sic si gaudet unum membrum, congaudent omnia membra: si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: solo homine in natura peccante, Sic unus Christus magnus homo uniuersi, nos,

id est, sua membra, per assimilationem uniet, quunt illum nobis assimilari & cœlitus attrahere satagemus: & tandem totum generabit partes, & contra partes totum component, primo in regimine mundi latissimè charitatem exercendo, ita ut quàm latissimè poterunt singula humana corpora utilitatem de se in uniuerso diffundant, & demum in æternum latissimè distendantur, ut fiat unum infinito proximum in Christo, sicuti Christus unus est finitus & infinitus cum patre. Hac ratione factum est, ut corpus sensibile sit indiuisibile: substantia autem inuisibilis sit tam penetrabilis, ut non solum intra corporea & accidentia lateat, sed præstantissimo modo sit, ubi sine ullis accidentibus delitescit. Sic fit, ut corporis & sanguinis Christi mysterium in sacramento sit uerissimo & naturali modo, sine accidentibus in media materiæ umbra latens: sicut & substantia prima Deus, præstantissimè est, respectu materiæ, cum cuius accidentibus nullo modo participat, licet omnino illam sustentet. Opus est ut enim inuisibili hominedeo omnia instar materiæ per hæc mysteria fiant, quæ in abscondito apud æternum Deum facta sunt. Opus est necessariò, ut quod prius est in rudimèto, in minori perfectione, sit in complemento in absoluta consummatione. Per ignis & aquæ inuisibilis potentiam, à substantifica mundi creatrice uiuificatam, omnium uiuentiũ rudimenta poni, satis in confesso est. Iam dictum est, quòd ignis in terra niger est, in aqua rubeus, in aere cœruleus, in se albus: & hoc patet ad oculũ in luce artificiosa. Color itaque proprius uitalis principij omnia ligantis & astringentis est albedo, unde omnia semina alba, In primo isto

isto eodem albedinis elemento aqua est latetis rubra
 & sanguinolenta, unde secundò apparens in rerum
 principijs est sanguis, ex albo semine potissimum in
 uita sensitua terrestri præditis, si sanguinem habent.
 hoc uerò est aqua, quæ assiduè dilatat penetrando,
 sicut ignis astringit uegetando. In hoc albo & rubeo,
 siue igne & aqua, aut calido & humido, ut uocant,
 primò latenter, deinde eminenter esse positam uitam
 constat. Quum autem totius uitæ finis sit, uitæ huma-
 næ pro summo conatu inseruire, illamq; bonificare,
 opus est necessariò eodem Deo omnia moderante, ut
 quibus initijs res creuit, iisdem augeatur & conser-
 uetur, inq; finem præstantissimum deducatur. Qua-
 re absconditus & latens præstantissimusq; ignis (ut
 qui omnia comedit, & in se mutet) compleat totius
 uitæ catastrofem opus est. Sicut autem est præstan-
 tior spiritus & forma quàm materia, & anima quàm
 corpus: sic ille ignis absconditus agat opus est, in-
 cipiendo à parte spiritali & formali nostræ uitæ, uti
 nobiliori, non destruendo, sed alendo, ita ut omni-
 no adnihiliet, aut in arcuissimum deducat, & omnino
 in se transformet: sicut colligit seminum omnium
 spiritum diuinitus datus ignis, comite substantifi-
 ca uniuersi agens: & ideo summo & præstantiori a-
 gens intellectu, quàm nos ipsi omnes possimus colli-
 gere. Videmus certissimè duplici arbitrio ferri hunc
 nostrum materialem ignem. Quum sponte enima-
 git, ab exteriori ita molestus est, ut omnia uiuentia
 destruat, seu extrà corpora amburendo, seu intrà fe-
 bres immittendo: in còposito autem naturali tam mo-
 deratus est, tam lenis, tam dulcis, ut nil in toto mundo
 sensi

tensibili sit uitæ suauius, aut cum maiori modestia & harmonia agens. Est itaque ignis in compositione, uitæ sub ferula sapientiæ Dei creatæ & increatæ, quæ ita eius impetum frenat, ut ex ferocissimo lenissimum faciat. Ille itaque est prior ignis albus, omnia in albore panis per animam nostram, quæ est uniuersi uitæ immortalis uniens, ut tandem adiuncto uini seu calicis humido, fiat plenum immortalitatis temperamentum, per eam substantiam quæ sola in uniuerso accidentibus non obruitur, licet mirabili modo & spiritualiter & corporaliter nutriat. Sic fit quod est ex traduce natum per sanguinem, uoluntate carnis aut uoluntate uiri, ut ex Deo renascatur, dum fit in omnibus membris uerbum caro, sicut fuit in toto. Sed maior est conflictus, contra tot corporis uitia. Nam ab humorum corruptione, aut à solutione continui, aut à nocumento exteriori lacerari solet hæc aquositas (corpus enim aquæ, anima igni respondet) unde sanari illam multa frequentatione calicis opus est. Ideo licet utraque species sacramenti totum habeat Christum, tamen de consecrato pane non dixit se comesturum cum suis in regno Dei: sicut de hac generatione uitæ, siue de calice, dixit se non bibiturum postea, donec bibat nobiscum nouum uinum in regno patris, quum regnum Dei uenerit. hoc autem uenit, quum illud est impletum nouum in regno patris, quod fit in pane. Nam nunc per panem omnes animas quæ unquam creatæ sunt, sibi reuiniuit Iesus, ut nullus possit resurgere impius in iudicio, ne sint peccatores in concilio iustorum. Via enim peccatorum peribit tantum, Hinc feci, ut totus mundus in cibo & potu

potu assidue, quoties cibum & potum sumit, commu-
nicet, ut illa magna rebellio carnis edometur, quum
uix semel in anno sit usitata inter Latinos cōmunio.
Sic impletum est actus in regno Dei, quod imple-
ri debebat, dum omnia ratione & spe prædita, sci-
enter aut ignoranter, de æternitatis cibo partici-
pant. Sic sensim est facta, fit, & fiet summa dilatatio
& resurrectio. Omnes enim possibili participatio-
ne comedimus sub lege naturæ, ut assurgeremus ad
peccati cognitionem, & ad spiritus restitutionem.
Licet autem diluuisio sumus exterminati, non est
factum ad uindictam, sed ad medelam. Dum enim
iudicamur à Domino, non damnamur, sed corri-
pimur, ne cum hoc mundo damnemur. Ideo nostris
spiritibus tunc per pœnitentiam aut pœnam recu-
peratis, ad inferos descendens prædicauit Christus,
propterea quia increduli fueramur aliquando. Simi-
liter ab instaurato per Noachum mundo, omnes aut
legis & ceremoniarum aut afflictione bellorum &
tyrannorum discere coacti in quanta rebellione ca-
ro una & anima esset, sumus ad receptionem mentis
restituti, sensim sese refundēte in nos Christo, ut ma-
sa erat disposita. Licet enim multis singulares gratias
faciat Christus, in singulis ætatibus, tamen ita se ac-
commodat temporibus ab eo institutis, ut nil natu-
ralis ordinis uelit uiolare: quod apparet in eo, quod
obscurum proferre uerbum sit gloria eius, ut semper
proficiens sæculum uincat in interpretatione suos
maiores. Sed uidetur clarè ista ad ætates accommo-
datio, in eo quod ipsismet discipulis suis, quos præ-
sens absolute de omnib. docere poterat, Iesus dixit,
se habere multa illis dicere quæ ferre non possent:

sed remisit omnium suggestionem ad spiritum sanctum
 doctorem, cuius effectus ad plenum nondum est uisus:
 teste Petro, qui in ipsis peccabat adhuc principibus,
 diu post illum acceptum, se unum uocans Iudaeum,
 & legem unam cum Christi cultu debere seruari autu-
 mas: ita ut illi ipsi nil profecisset Christus, si in ea sen-
 tentia permanisset. Factus itaque est certior tam per ui-
 sionem lintei caelo missi, in quo omnes gentes erant fi-
 guratae, quam per primum spiritus sancti aduentum.
 Opus est enim, ut fuerit super omnem carnem, & non su-
 per aliquam tantum, ad hoc ut impleatur scriptura. Sic re-
 sperit ad ea usque tempora mentem, duo sublimia elemen-
 ta duobus inferioribus, mortuis alligatis. Sed omnes o-
 pus est in tertia aetate animae restitutionem accepisse
 per sanguinis Christi actualem effusionem. Sic attra-
 xit eleuatus, omnia ad seipsum: id est animam, in qua
 esse praestantissimum accipiunt omnia. Sic tribus istis
 primis diebus obscuris, sine sole unito, luce quidem
 praesente, sed dissipata, sensim assurreximus. Sed
 ad quartam diem omnia transire oportet: in qua om-
 nes spiritu, mente, anima & corpore reficiamur, mor-
 tisque conditionem effugiamus. Sic latissime sparge-
 mur, anima unita ad suam primam uitam, corpore autem latif-
 sime dilatato, ad substantiae aeternae conseruationem.
 Sicuti autem in singulis aetatibus sunt eadem quatuor ele-
 menta, & omnes unam positae unum solum hominem
 componunt: sic in natura humana diuinae elementis,
 id est spiritualibus constante, factum ad hanc diem
 est. Sicut enim in massa corporis uidetur, quod calor
 ignis, & respiratio aeris in sublimi euolant: humidum
 autem & terrenum, siue aqua & terra in cadauere restant:
 sic duo elementa uitae spiritualis hactenus euolant
 ad Deum

ad Deū qui dedit ea, spiritus uidelicet et mens: ille ut incōtaminabilis, sicut ignis: hæc aut, ut quæ non nisi per Christū siue cōtaminata, siue pura uiuere possit. Assidue porro instar rotæ effundit & attrahit Christus infundēdo & recolligendo spiritus, mentes, animas. Vnde uidemus rotarū motū antè & retrò, sursum et deorsum, unā moueri & quiescere: ideo terra quiescit, coelū autem inenarrabili rotatur uertigine. Semper à pœnitētia Adami ad nos usq; obtulit spiritū effundēdo, & assidue recolligit. In prima ætate nō nisi spiritū euexit, quia mens nondū reascēdere poterat: sed instar aeris epidemia infecti & putris in inferiori subsidebat. Sequēti etate, potissimū ab instaurata per fidē pietate, mens cœpit in uniuerso recolligi unā cū spiritu. Nam uirtutes ueræ religionis in uniuersum suis oppressum calamitatibus transfundebātur, tanquam à corde & cerebro uita & sensus ad extrema usque digitorum præstantissimè transmittitur. Inde fit, ut bonus gentilis sit hypocrita initiato nō tantum melior, sed illius iudex. Refundendo assidue huiusmodi duo elementa sursum tendentia (nisi tendiculas menti immundæ ponat medio in aere princeps & rector aeris satanas, secundū merita) assidue etiam eadem recipit, donec sparso sanguine facta est noua pasta, & uiscus tenacissimus, ita ut unā secum traxerit animas peccato graues, & sensim in suo sanguine lauerit, per lauacrū non solū regenerationis, sed renouationis spiritus sancti, quē per sacramēta ecclesie suæ dispensatrici effudit in nos abūdè, ut in omnes gētes, quæ ad ea mysteria palàm nō uenerunt, & lumine omnib. dato, & gratia omnes cōcomitāte uti in conscientia sategerunt, transmitteretur in ecclesia

communi, & naue Petri nauem concomitante. Licet enim solus Petrus laxat rete in uerbo Domini, & grauem capturam arctat, Domino uisibiliter nauem eius intrante, tamen focij qui sunt in altera naui, ita adiuuant, ut sine ipsis rumpatur rete, & nullo modo possint in terram sagenam trahere. Et ideo ambæ naues plenæ sunt. unde uero stupore consternatus Petrus dicit, Recede à me Domine, quia ego peccator sum, uade ad tuos cognatos, qui sunt in alia naui: illi sunt me meliores, licet tu me maiori autoritate donaueris, sine illis nil traho in terram. Sic recurrentibus elementis cœlestibus, imò supra cœlestibus. (inter quæ & inferiora sunt ipsa cœlestia) sensim iam à mille & quingētis annis, quantū durauerat sacerdotij Leuitici autoritas, unā cum mēte & spiritu sunt uiuificatę animæ omnes, quas in suo homicidio, imò in meo occiderat Adamus. Sic quum uenit Christus, iudicium fuit mundi ad hanc diem durans, ut actus princeps mundi nunc ligatus, ne in æternam pœnam noceat, donec sint signati serui Dei in fronte, eijciatur foras. Et sic tunc temporis uenit hora, & nunc est, ut mortui, qui tum, et ab eo tēpore fuere in monumentis, audiverint uocem filij Dei, ut audiendo uiuerent. Hinc factum est, ut à passione Christi, signa iudicij in toto mundo fuerint continua; præterquam istud quod nunc manifestatur, in prædicatione huius euangelij in toto mundo: Ob id euangelium æternum est ita duce ratione scriptum, ut nulla gens illi repugnare cum ratione possit. Restat ut frequentatione assidua diuinorum mysteriorum, sacrosancti corporis & sanguinis omnia ita impinguentur corpora, ut possit bene anima suscitata alluēri consortio spiritus & ani-
 ma,

mæ, & sensim reficiatur deperdita per peccatum me-
 um unio, donec ultimo adueniens corporibus sa-
 cro sancto cibo satiatis, substantiam diuinam quæ in
 illis delitescit, assumat: corpusq; assumptum osten-
 dat conforme claritati eius qui omnino nos est sibi
 conformaturus, ut nil perdendo eorum quæ dedit
 illi pater, clarificetur in omnibus ea claritate quam
 in nobis habebat priusquam mundus fieret. Inde est
 quod omnes sancti quum ab hac uita discedunt, ad
 suum locum abire dicuntur: nempe, quem in Chri-
 sto antequam essent, habebant. Nam Deus est om-
 nino imparticipabilis, quum opus sit, particulares
 intellectus ab uno primo participabili esse: in quem
 locum referri opus est à morte, cum aptitudine adfu-
 isse & uixisse. Frustra enim fuisset, quod essentia pro-
 pria differentiam saltem in animo non acquisiuisset.
 Luderet enim operas prouidentia, si ita ad carnifici-
 nam huius mundi exponeret animal cæteris impera-
 turum, ut præstantissimæ partis eius nullum post
 mortem appareret uestigium. Præstaret enim nun-
 quam fuisse, quam in miseris semper egisse. Et spiri-
 tu ergo, & mente bona, locum in Christo participa-
 tiuè habemus: sicuti impia diaboli membra etiã per
 spiritum impuritatis, & mentem nefariam, sponte lo-
 co bonæ amplexam, habent suum locum in corpore
 diaboli, in Simone mago post ludam incarnati. Hinc
 Iudas dicitur abisse in locum suum, instar sanctorum.
 Sic omnino destrui corpus peccati per ueram sub-
 stantiam opus est, dum pane angelorum fit anima an-
 gelica, ut suum corpus rarefactissimum & distentissi-
 mum, per sanguinis sacri substantiam, in quo pro-
 prie est animæ harmonia reposita, ad se trahat, &

tandem quocumque uoluerit uisibiliter aut inuisibiliter moueat; in qua re est resurrectionis sabbathum. Nam applicatio ad animam est quinta dies, ad corpus uero sexta: in deliberatione utriusque in Christo quiescentis est sabbathum, ut in octaua die fiat circumcisio: & sic sub duabus Christi & Patris æterni periodis, nos in æternum his octo diebus siue sæculis aut periodis omnes & singuli nati, educati, purgati, restituti, faciemus æterni denarij complementum.

F I N I S.

APPENDIX NECESSARIA DE MATE-
rialis substantiæ ampliori cōsideratione.

QVoniam modus essendi uerissimus, siue in spi-
 ritualibus siue materialibus consideretur, in ra-
 tione substantiæ positus est, ut sine qua nil substat, &
 per quā omnia subsistunt, ideo de eius origine in ma-
 teria potissimum ad præcedentiū cōfirmationē agere
 decreui. Quū enim constet, præstantissimā esse illam
 substantiā spirituale, quæ est supra omnes, ab omni ac-
 cidentiū uicissitudine semotissima, illi esse proximā
 cōstat, quæ in materialibus aut suis caret accidentibus,
 aut nulli sensui, imò ne intellectui quidē comprehēsi-
 bilibus, circumdat, qualē semper dixi perfectissimā me-
 diatoris omnium uiuificam substantiam, ad piscen-
 dæ immortalitati necessariam. Sed quia nobis est cū
 uniuerso cōgrediendū, & nō minus filosofis & sapi-
 entibus, quā ceteris satisfaciendū: ideo hæc ratiō momēti
 res est diligētius pensitāda, uidendāq;. Quū sit certū
 elemēta p se suas habere qualitates, anteq; in naturā
 mixti trāseant: cōstat tamē, quū primū rerū principiū
 duce igne & aqua oritur, ipsa elemēta suis qualitati-
 bus sic spoliari, ut ignis sine patenti calore, aqua sine
 manifesta humiditate cōcurrant, ita ut in medio es-
 sentiæ elemētariis & mixti, siue in extremo elementi,
 & principio mixti, sit reuera quod quærimus, id est,
 substantiā perfectissima accidētibus omnino destituta,
 quoad sensum dico. Quū aut sit uerissima affirmatio,
 quod elemēta nullo pacto in mixto remaneāt secun-
 dū materiā, nō tantū in ipsis rerū principijs, sed in to-
 to nature cursu: prima uite basis in tēperamento ele-
 mentorū posita, suis spoliei qualitatibus. necesse est, ita
 ut reuera in potētia magis quā in actu ibi cōsistant for-

ma et materia elementorū. Vera enim mixtio fit, quū
 miscibilia alterant ad inuicē. Quū ita à suis proprijs
 spoliēt naturis, hoc fieri ab admota superiori causa,
 ab igne calorē, à terra pondus & rigorē, ab aqua hu-
 midū, et ab aere suā qualitātē omnino tollēte, inq̄ no-
 uam harmoniā cogente necesse est. Nil enim in seip-
 sum insurgit. Vnde funditus ruit tota nugatio illa,
 quę naturę tanq̄ motrici attribuit essendi per se rati-
 onē. Deus est omnino immobilis, & inapplicabilis.
 Presens itaq̄ mediator in tota rerū natura iam fuerit
 ante materię primę ebullitiōnē opus est, ponens om-
 niū uitā in hac substātia prima materiali: sed quod ad
 sensum ita nuda, ut sit certissimū, substātiā esse sine
 accidēte perceptibili, unde tota uis uitę pēdet. In hoc
 itaq̄ participabili uerbo Dei uita uniuersi erat: sed il-
 la tota uita uniuersi erat lux hominū, quę ad hanc diē
 in tenebris incōsiderata lucet, quia tenebrę, id est, te-
 nebrosi homines illū adhuc nō cōprehēderūt. Finis
 itaq̄ uniuersę uitę mūdi in hoc cōtendit, ut sit uita-
 rū uita præstantissima. Vnde quū omnia cōposita ex
 istis elemētis in mortē festinēt, superest ut illa uita ui-
 tarū, quę prima est, & causa ceterarū, sub substātia ac-
 cidētib. reuera destituta, uitę humanę, cuius causa cę-
 tere uitā aternā expetētes sunt, ita prospiciat, ut sine
 materia corruptibili, uita in ea recipiat immortalis.
 Cōstat enim nūc inter omnes gētes, hominē ad im-
 mortalitatē nasci. Quū uerò fōs immortalitatis sit in
 illo applicabili & mobili erga singularia motore, ele-
 mēta pro sua uolūtate spoliāte, necesse est, ut nō tātū
 naturalē substātiā hominib. cū quantislibet priuile-
 gijs, gratijs, initiationib. & mysterijs det: sed ad hoc
 ut seipsum carne humana uestierit sub naturę accidē-
 tibus, ut illa assumpta tandē faciat, quod est natura,
 quan-

quantifuis ornatae priuilegijs impossibile. In sola enim illius carne, omnino accidentibus, ad instar radi cum naturalium, spoliata, sub praestantissimis alimentorum in uniuerso speciebus distributa, latet immortalitatis alimentum, tam pro anima quam pro corpore. Sicut itaque aeternam priuationem quum illi uisum est, in materiae primae confusae naturam conuertit, & sensim confusione extincta, elementa coelestia et inferiora ex eadem materia distinxit: deinde in singularium indiuiduorum compositione elementa suis spoliat qualitatibus, ut in uitalem, aut reale, noua quoque essentiam transeant: sic omnino ut suam uitam in singulis hominibus una cum materia transfundat, opus est ut per absconditam suam substantiam hoc faciat, corpus uisibile & sensibile, assidue, pro fidelium uotis, omnibus qualitatibus spoliando, et secundum quod corpus naturae ubiuis sub caeli conuexo esse (indiuisibiliter & impalpabiliter in suo summo esse reductum) iubet: sic etiam multo facilius faciat opus est, de seipso. Est enim panis uiuus qui de caelo descendit, instar pluuiae & roris quae nunquam deficit. Licet autem in nouam conclusionem deuenerint neoterici, quod non sit actus necessaria communio ad resurrectionem: tamen salua eorum reuerentia, antiqui ita tenuere, necessariam huiusmodi cibi participationem; ut non alio argumento ualidius adstruxerint resurrectionem. Per uim diuinitatis omnia replentis, datum est illi spiritui, menti, animae & corpori per resurrectionem defecato, ut sit ubiuis hoc substantiae modo praestantissimo: sicut a creato mundo instar Dei opus fuit, est & erit, ut sit. Nam sine eo nil fit. Et ideo inhabitat in eo plenitudo diuinitatis corporaliter, nedum spiritualiter & mentaliter,

taliter atq; animaliter: quia licet unum occupet locū
 in cœlo, cum corpore locali, glorioso & beato: ta-
 men non tantum instar Dei spiritum, mentem, &
 animam omnia instar Dei replendo distēdit: sed cor-
 pus ipsū ubiuis locorum pro suo & eius ecclesiæ
 consensu, & singulorum fidelium uoto demittit. Et
 sic per substantiam illam secundum diuinitatem im-
 participabilem, præstantissimamq; præstantissimum
 esse immortalitatis, nostra de se impotens accipit na-
 tura. Sicut itaq; in mundo sensibili necessariò tres na-
 turas comprehendī, siue substantias, elementarem si-
 ue inferiorem, substantias separatas in superiori, &
 cœlum in medio, & fatentur & probant naturæ stu-
 diosi, de puro rerum esse, sine suo fine cōsiderantes:
 sic etiam tres substantias in subtiliori finis considera-
 tione, gratiæ siue proprietatis rerum consideratores
 habent. Deus summa substantia est, superior dignita-
 te, omnia tamen perinde in centro atq; uersus abssi-
 das complens. Radix uitæ, aut essentię rerum (cui ap-
 plicari superiorem omnipotentemq; uirtutem assi-
 due omnia immutantem & instaurantem opus est)
 quum maximè circa materialia uersari soleat, secūda
 non immeritò & inferior dicitur. In medio huius &
 illius est sacrosancta illa decisio sacramentalis ex cor-
 pore mediatoris, quæ multò cœlo superior, ipsi cœ-
 lo tamē in ordine respōdet, in cuius actuali participa-
 tione solū est immortalitas. Nam medio cœli uisibi-
 lis nil fit immortale: spiritu quidē & mēte per sangui-
 nē sparsum, potuit animas reparare, à satana eripere,
 et sibi reunire: uerūm ut illis adsit, in corpore restituta
 sua immortalitas, hoc solū est in superioris cœli au-
 ra, p̄ sacrosactā synaxim participabili positū. Ad hoc
 enim

enim ut fiamus in summa perfectione, quales omnes in nostra sumus origine, id est substantia defecata, per nouam materiae substantificae participationem immortalem hoc adipiscamur oportet. Sed hae considerationes praesupponunt, primum de Orbis terrae concordia, et maxime de Restitutione humanae naturae ueluti ante peccatum, in quarta parte ubi est Euangelio aeternum. Scire enim est opere precium, quod ad immortalitatem sint creati & peruenturi omnes homines, antequam quomodo ipsam possint assequi immortalitatem querant, aut tradant. Sic itaque uirtute illarum trium substantiarum, secundum considerationem trinitatis in unitate, omnis cognitionis possibilis ratio comprehenditur. Ex unitate patris & Dei syllogismus, ex dilatatione filij seu ueritate sapientiae dilatatio epagoges: sed utrinque fidem certiore faciens mathesis multo certissima respondet spiritui sancto: cui ideo omnis ueritatis manifestatio ab ipsa Dei sapientia relinquatur, quae tamen non nisi incarnato in nobis cum diuinis personis Christo acquiritur.

F I N I S.

20607902
CCN 86704968

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a formal document or letter.

Very faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a signature or a footer. The text is too light to be accurately transcribed.

1581-86

82 Jahre







